

potest etiam in sua Provincia Indulgentias concedere, & quidem centum dierum, saltem ex consuetudine: quæ quidem perpetuæ sunt, & duranti, etiam Legatione finita. *Barbos. de Fur. Eccl. lib. 1. cap. 5. ex n. 72.* Ecclesiastica Beneficia conferunt in Provincia sibi commissa, & cum Ordinario concurrunt. *C. 1. h. t. in 6.* ita ut locus sit præventioni. *C. 31. de Præbend. in 6.* etiam si talia beneficia ad exemptorum collationem pertineant, vel etiam si ipsa sint exempta: imò, & ea, quorum collatio est devoluta ad Sedem Apostolicam. *C. pen. de Præbend. nec Legatis currit sex mensium terminus ad conserenda beneficia: potest etiam conferre beneficia suæ Provinciæ, quamvis devoluta ad Prælatum extra suam Legationem, vel etiam si spectent ad collationem Clericorum alterius Provinciæ: non tamen potest conferre beneficia extra Provinciam existentia, etiam si per devolutionem, vel alias spectarent ad collationem alicujus Prælati de Provinciâ. Nam magis attenditur locus beneficii, quam persona conferens, & potest habenti beneficium, aliud conferre adjecta clausula: *Motu proprio*, absque eo quod mentionem faciat de priori beneficio. Et quidem hæc possunt fieri à Legato, etiam si extra Provinciam existat. *Garc. de Benef. p. 5. cap. 3. Barbos. de Fur. Eccl. lib. 1. cap. 5. ex n. 28. & 51.* possunt etiam Legati à Latere reservare beneficia ad ipsorum collationem pertinentia: sed finita Legatione expirant tales reservationes, & pendente una reservatione in eadem Ecclesiâ, vel beneficio spectante ad collationem alicujus, non potest aliam in eadem Ecclesiâ, nec in beneficio spectante ad collationem ejusdem facere. *C. 3. h. t. in 6.**

322 Legatus *Missus*, Jure Communitate, non aliam potestatem habet, quam quod est suæ Provinciæ Ordinarius. *C. 2. h. t. in 6.* & solum absolvit in sua Provincia excommunicatos ob percussione Clerici, & solum eos, qui sunt à sua Provincia, non verò extraneos. *C. 9. h. t.* nec potest conferre beneficia, nisi ei specialiter concedatur. *C. 1. h. t. in 6.* nec in exemptos habet potestatem. *C. 36. §. Hujusmodi, de Elect. in 6. Glos. in C. 1. h. t. v. Universalis.* si sit *Missus* cum hac clausula: *Cum potestate Legati à Latere*, habet eandem potestatem, quoad non specialiter reservata, quam Legatus à Latere: cum privilegium aliquid debeat conferre, & verba Pontificis aliquid debeat operari. *C. 30. de Privileg. C. 1. eod. in 6. Garc. de Benef.*

*p. 5. cap. 3. n. 82. contra Barbos. de Fur. Eccl. lib. 1. cap. 5. n. 5.* Legatus *Natus* habet Legationem Dignitatem annexam, & perpetuam: sed de Jure Communi solum ea potestate gaudet, quam habet ex Dignitate, vel Archiepiscopatu, nec in sua Provincia absolvit excommunicatos ob percussione Clericorum. *C. 9. h. t. L. 23. tit. 9. p. 1.* ejusque officium non finitur, nisi dimissa, vel amissa Dignitate. *Glos. in C. 3. h. t. in 6. v. Finitur.* Et juxta prædictam Glossam Legatorum potestas expirat, 1. morte Legati, quia mors omnia solvit: quamvis Legatio sit Dignitati annexa, quia juxta communem sensum DD. talis Legatio censetur personalis, non realis, ejusque successor, quasi de novo creatur. 2. Lapsu temporis, si ad certum tempus datus sit Legatus. 3. quando finitum est negotium, ad quod missus est: *arg. C. 4. de Offic. Deleg. 4.* per egressum spontaneum ex Provincia animo non revertendi. *C. fin. h. t.* quando, scilicet, habet facultatem à Papa Legationem finiendi. 5. Revocatione expressa Pontificis, ac Legato intimata, & probabiliter solum post egressum à Provinciâ: *arg. L. 3. ff. de Offic. Præsid. in hoc tamen attendi debet tenor revocationis, ita ut si absoluta sit, statim cesset Legati officium, quod tantum à voluntate constituentis dependet: ac proinde contraria voluntate cessat. Non tamen expirat Legatorum jurisdictione per mortem Papæ, nisi aliqua ex prædictis causis accedat. *C. 2. h. t. in 6.* quia jurisdictionem ordinariam obtinent, & sunt Legati, non tantum Pontificis, quantum Sedis Apostolicæ, seu Dignitatis, quæ nunquam moritur. Si tamen datus aliquis sit ad beneficium Papæ, hujus morte finitur officium Legati, sicut ejus morte extinguitur ejus voluntas. De quibus latè *Garc. de Benef. p. 5. cap. 3. Barbos. de Fur. Eccl. lib. 1. cap. 5. & alij.* In nostra Hispania specialiter est statutum, quod Nuntij servant dispositionem Trid, in non cognoscendo in prima instantia de causis, quæ ad Ordinarios spectant. *L. 59. tit. 4. lib. 2. R. C.* Et quod non possint dare litteras dimissorias, nec ordines facere: sub pena expulsiõis à Regno. Et cum *Ann. 1639.* mortuo Nuntio Campeche, ejus Auditor voluisset continuare jurisdictionem, fuit declaratum in Supremo Concilio, non posse eam continuare. Similiter declaratum fuit, non posse succedere Nuntium Extraordinarium *D. Casarem Esquivete*, qui quasdam litteras Apostolicas ad hunc effectum præstavit. Et cum dictus Nuntius*

rius jurisdictione Nuntij Ordinarij uti cepisset, antequam aliquid circa suas litteras fuisset reolutum in Concilio, expedita fuit quadam Regia Provisio, ut dictus Nuntius nulla jurisdictione uteretur. Quæ constant ex varijs Decretis, quæ inveniuntur post *Tit. 8. lib. 1. R. C.*

## TIT. XXXI.

## De Officio Judicis Ordinarij.

323 **JUDEX** Ordinarius ille dicitur, qui ex proprio munere, adeoque, suo jure jurisdictionem exercet: v. g. ratione officij, quod obtinet. *L. 5. ff. de Jurisd. L. 1. l. 17. tit. 4. p. 3.* dicitur Ordinarius: quia ordinariæ, & regulariter cognoscit de causis suorum subditorum, & ordinariè ab ipsis aditur. *L. 1. tit. 4. p. 3. ibi: E todos estos juezes que avemos dicho, llamanlos en latin Ordinarios, que muestra tanto, como Omes, que son puestos ordinariamente para hacer sus oficios sobre aquellos, que han de judgar cada uno en los logares que tiene.* Jurisdictio ordinaria acquiritur 1. à Principe, Republica, vel Magistratu, non recognoscente Superiorem. 2. à Carone, seu Lege: sic Vicarius Episcopi, Archidiaconus, & Consules mercatorum jurisdictionem habent ordinariam. *Molin. de Just. & Jur. tr. 5. D. 8. ex n. 4. & 3.* à consuetudine legitime præscripta. *C. 13. de Foro Compet. & com. DD.* potestque acquiri jurisdictione, quæ ad merum, & mixtum imperium pertinet, saltem per consuetudinem immemorabilem, dum tamen talis sit, ut alijs demandari, & delegari valeat, & soleat: cum consuetudo Legis vim habeat. *C. fin. de Consuet. Abb. Covar. & alij:* non tamen potest acquiri merum imperium consuetudine, etiam longi temporis, sed tantum per privilegium: saltem de Jure Hispano. *L. 18. tit. 4. p. 3. L. 1. tit. 15. lib. 4. R. C. Et ibid. Greg. Lop. & latè Azaved.*

324 Judices esse possunt, qui non prohibentur: ac proinde nequeunt Judices, esse furiosi, amentes, impuberes, muti, surdi, excommunicati, infames, servi, & fornicariæ (nisi Reginæ, vel Principissæ, sint, & aliquando Abbatis). Cæcus nequit de novo fieri Judex, sed si erat Judex fungitur officio suo. *L. 6. ff. de Judic. de Jure Civili* Judex esse poterat, qui habebat 18. annos completos: sed de Jure Hispano debet habere 26. annos ætatis, debetque studuisse decem annis Juri Canonico, vel Civili in aliqua Universitate. *L. 2. tit. 9. lib. 3. R. C. ibi: Estudiando Derecho Canonico, & Civil, & Tom. I.*

lo menos por espacio de diez años, y que ayan edad de 26. años, por lo menos. Et sufficit in Universitatibus aliorum Regnorum studuisse. Et hæc qualitates requiruntur ad alia officia: de quibus ibidem: *Ningun Letrado pueda aver, ni aya oficio, ni cargo de Justicia, ni Pesquisador, ni Relator en el nuestro Consejo, ni en las nuestras Audiencias, ni Chancillerias, ni en ninguna Ciudad, Villa, ni Lugar.* Et insuper debet Leges Regias relegisse. *L. 4. tit. 1. lib. 2. R. C.* Inter Judices ergo Ordinarios: alij sunt *Supremi*, in quibus, tanquam in fonte, reperitur jurisdictio: alij *Inferiores*, qui jurisdictionem, tanquam ex fonte, à primis hauriunt, & participant. Inter omnes, in foro Ecclesiastico, primus est R. Pontifex, qui dicitur Papa, id est, Pater Patrum, Patriarcha Lateranensis, & Episcopus Romanæ Diocesis: ubi per Vicarium Generalem suam jurisdictionem exercet. Varijs nominibus in jure, & à DD. frequenter nominatur: dicitur enim Sanctissimus, Beatissimus, Episcopus Universalis Ecclesiæ, Episcopus totius Orbis, Episcopus Episcoporum, Ordinarius Ordinarium, Caput Ecclesiæ, Pastor universalis Fidelium, Princeps Principum, Dominus dominarum, Summus Sacerdos, Vicarius Christi, Petri Successor, Sponsus Ecclesiæ, &c. *Barbos. de Fur. Eccl. lib. 1. cap. 2. ex n. 1. Bellarm. de Sum. Pontificis, & alij com.* ipse tamen se ob humilitatem servum servorum Dei appellat. Divus enim Petrus, ejusque successores, juxta Civilem, & Politicam Gubernationem, Hierarchiam Ecclesiasticam stabilierunt. Sic Romæ, ubi erat Imperator, Summus Pontifex Sedem collocavit. In Urbibus, ubi erant primi Flamines, & Doctores Legis, Patriarchæ, ubi Archiepiscopi, in alijs Civitatibus Episcopi fuerunt constituti, suasque Cathedras collocarunt. *C. 1. c. 2. D. 80. C. 1. D. 99. C. 1. de Privileg. ubi S. Leo ait: Ut lux veritatis, qua in omnium Gentium revolebatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet.* Denique Chorepiscopi in Pagis ordinabantur, ut essent quasi cooperatores Episcoporum. *C. 4. c. 5. D. 68. Gonz. in C. 1. de Privileg.* Et nos supra diximus aliquid de eorum officio, & extinctione.

325 Pontifex ergo est infallibilis in definiendis controversijs fidei, & morum, in quibus non potest errare loquens ex Cathedra, hoc est, intendens aliquid pro fidei articulo, vel pro sana doctrina, ut Supremus Pastor, Pater, & Caput Ecclesiæ definire. Et quidem hoc habet inde-



pendentē à Concilio Generali, in quo dissentiant *Almain. Gers. Castro, & aliqui DD. Sorbonici*: quorum doctrinam aliqui hæreticam, alij errorum, & hæresi proximam iudicant de quo videatur *Bellarmin. de Sum. Pontifice, lib. 4.* Nosram assertio-nem magno consensu tenent *DD. Catholici cum D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 10. ibi: Resp. dicendum, quod sicut supra dictum est nova editio symboli necessaria est ad vitandum insurgentes errores: ad illius ergo auctoritatem pertinet editio symboli, ad cuius auctoritatem pertinet finaliter determinare ea, quæ sunt fidei, ut ab omnibus inconcusse fide teneantur: hoc autem pertinet ad auctoritatem S. Pontificis ad quem majores, & difficiliores Ecclesie questiones referuntur, ut dicitur in Decreto extra de Bap. cap. majores. Unde Dominus & Luc. 22. Petro dixit, quem Summum Pontificem constituit. Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Et hujus ratio est: quia una fides debet esse totius Ecclesie secundum illud. 1. ad Cor. 1. id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: quod servari non possit, nisi questio fidei de fide exorta determinetur per eum, qui toti Ecclesie præest, ut sic ejus sententia à tota Ecclesia firmiter teneatur. Et ideo ad solam auctoritatem S. Pontificis pertinet nova editio symboli, sicut, & omnia alia, quæ pertinent ad totam Ecclesiam, ut congregare Synodum Generalem, & alia hujusmodi. Quæ doctrina optimè probatur ex Text. in C. 3. de Baptismo. ubi Innoc. III. ait: Majores Ecclesia causas, præsertim articulos fidei contingentes ad Petri Sedem referendas intelligit, qui cum querenti Domino, quem Discipuli dicebant, ipsum esse, respondisse, notabat: Tu es Christus filij Dei vivi. Et pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides ejus. Unde probatur, solum Petrum, & ejus successores esse Judices in controversijs fidei, independentē à Concilio Generali; imò Summum Pontificem esse supra Concilium. C. 4. C. 6. de Elect. C. 1. & per tot. D. 17. sic, & olim dubia Religionis ad Summum Pontificem iudicanda deferebantur, Deut. cap. 17. ex v. 10. ibi: Et facies quodcumque dixerint, qui præsum loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te. Et ex D. Hieron. Greg. & alij probat *Bellarmin. lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 1.* Deinde Christus D. apud Matth. 16. v. 18. dixit Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et ut addit *Leo Papa 1. in C. 7. D. 19. Ut æterni ædificatio Templi mirabili munere gratiæ Dei in Petri soli-**

ditate conspiceret, hæc Ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas possit appetere, nec portæ inferi contra illam prævalerent. Etiam apud Joann. 21. v. 17. ait: Pasce oves meas. Ex quibus, etiam probatur, quod Rom. Pontifex est infallibilis regula morum, ita ut non possit errare in proponendo universali Ecclesie licitum, ut amplectatur, & in prohibendo inhonestum ut vitetur: alias errare posset in pascendis ovibus doctrina morum. Quod locum habet etiam aliqua questio facti admittatur, dum tamen ad doctrinam sit pertinens, & cum ea connexa. *Bellarmin. lib. 4. de Sum. Pontif. cap. 5. Platel. de Fide, §. 4. ex n. 122. Barb. Suar. de Fide, D. 5. sect. 6. ex n. 4. & alij.* Et multoties Romani Pontifices etiam extra Concilium damnarunt varias propositiones, ut hæreticas, scandalosas, & perniciosas; & pro talibus ab omnibus fidelibus habitæ sunt. Sic *Innoc. X. An. 1655.* damnavit hæresim *Janfenij. Alex. VII. Innoc. XI. & Alex. VIII.* varias propositiones, ut scandalosas, & periculosas in materia morum damnarunt. Et denique *Clem. XI.* damnavit die 8. Septemb. An. 1713. 101. propositiones contentas in Libris *Paschalis Kessel.* edita Bulla celebri: *Unigeniturus*: quam; si aliqui discolori in alijs Regnis impugnarunt, in nostra Hispania reverenter amplexati sunt, non solum particulares Doctores, sed etiam præcipue Universitates publico edito testimonio, maxime Academia nostræ *Salmantina, & Granatensis. Vid. Laer. lib. 1. ex n. 202. Platel. de Fide, cap. 1. §. 4. ex n. 121. Suar. ubi supra, & alij com.* Qui respondent Hæreticorum argumentis. Nec ipse Pontifex potest errare in canonizatione Sanctorum. *D. Thom. quodlib. 9. art. ultim. Cano. Bellarm. Azor. Valent. & alij com. cum Suar. de Fide, D. 5. sect. 8. n. 8.* de quo alibi: quia non posset credi, ut fide credendum est; Sanctum solemniter canonizatum esse in Coelis, si posset Pontifex in canonizatione Sanctorum falli: Et quidem specialis instinctus, & assentientia Spiritus Sancti facit, ne in judicio suo erret, licet aliquando dependat ex facti probationibus: cum sit quadam quasi professio, & protestatio fidei, qua Sanctorum gloriam credimus, ac proinde pertinet ad statum universalem totius Christianæ Religionis. Similiter errare nequit in approbatione Religionum, sicut quoad ea, quæ pertinent ad veritatem doctrinæ, & conductam instituti ad spirituales animæ salu-

litem, & perfectionem consequendam. Ita contra *Can. de Locis, L. 5. cap. 5.* tenent *Azor. Valent. Suar. de Fide, Disp. 5. sect. 8. n. 9. & latius in t. 3. de Religio. lib. 2. cap. 17.* de quo alibi dicemus: quia error circa hujusmodi approbationem inferret errorem circa doctrinam fidei, & morum. Quando aliqua Religio extinguitur, hoc iaco est, quia ejus alumni, recedendo ab observantia sui instituti, scandalum fidelibus causant: vel quia sine approbatione legitima forte fuit talis Religio instituta, ut lecta fraticellorum. *Extr. 1. de Religio. domib. Joan. XXII.* nec alius præter Romanum Pontificem potest jam Religionem approbare. C. 1. de Relig. domib. in 6. nec Sanctos canonizare. C. 1. de Reliquijs, & vener. Sanctor. Romanus tamen Pontifex non est infallibilis; ut persona particularis hoc est, quatenus est talis homo, habensque tales qualitates personales, secundum quas est doctus, nobilis, Sanctus, prudens, &c. Nam tunc, ut persona particularis discurrat, vel relolvit: imò etiam ut Summus Pontifex non est infallibilis in questionibus meri facti, non pertinentibus ad Communem fidem Ecclesie, religionem, vel morum sanctitatem. Etiam potest errare in alijs questionibus particularibus: v. g. an hic Episcopus sit talis criminis reus, irregularis, excommunicatus, vel deponendus: an cum hac, vel illa persona sit dispensandum in voto, vel matrimonio, & alijs hujusmodi: imò & Pontificem, ut personam particularem posse esse Hæreticum; ex C. 6. D. 40. tenent plures contra alios, qui id negant ex *Luc. 22. v. 32.* Ego autem rogavi pro te ne deficiat fides tua. Et ipso jure cadere à Papatu per hæresim tenent *Turrecremata, Paludan. Dried. Castro, & alij.* non tamen ipso facto à dignitate cadere tenent *Suar. de Fid. D. 10. sect. 6. n. 3. Cajet. Can. & alij.* varij casus, & Textus solent afferri ad probandum Pontifices errasse. Tales sunt Text. in C. 12. de Consecr. D. 2. C. 18. 32. q. 7. C. 24. de Consecr. D. 4. C. 10. de Testam. C. 3. de Sponsa dnor. C. 7. de Divort. C. 1. de Verb. signif. in 6. *Extrav. 4. §. 5. de Verb. signif. Joan. XXII.* qui omnes debent intelligi in sano sensu, ita ut omnino excusetur error, ut in pluribus excusatur. Vel si non possit excusari, vel si velimus via breviori respondere, dicendum est, tunc Pontifices ut personas particulares processisse. Vel errasse in questionibus meri facti, non habentibus ullam connexionem cum questionibus juris circa fidem, vel mores. Nam pro tali casu nullibi est promissa infalli-

bilis. Nec talia definire pertinet ad officium universalis Patris animarum, aut Capitis Ecclesie; cui assentientia Spiritus Sancti promissa est ad dirigendas oves in rebus salutis, seu fidei, & morum.

326 Pontifex etiam habet potestatem Leges condendi, quæ universalem Ecclesiam etiam in conscientia obligent, & quascumque Leges Ecclesie abrogandi, & dispensandi in toto Jure Canonico, ut Supremus Legislator. Ita contra varios Hæreticos tenent Catholici ex *Deut. 17. v. 12. Matth. 16. v. 19.* ubi Christus D. dixit D. Petro *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum, & in Coelis, C. 4. de Consecr. præbend. ibi: Qui secundum plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus dispensare. Suar. de Legib. lib. 4. cap. 3. Bellarm. lib. 4. de Rom. Pontif. ex cap. 15. & alij.* non tamen potest abrogare, quæ de Jure Naturali, vel Divino sunt. C. 6. C. 7. 25. q. 1. potest tamen declarare, seu interpretari in aliquo casu particulari cessare obligationem Juris Divini. *Gloss. in G. 5. de Voto,* potest novos Ritus in Ecclesia introducere, & veteres abrogare: non tamen potest mutare quæ pertinent ad materiam, & formam, cæteraque substantialia Sacramentorum à Christo D. determinata, ut potest Juris Divini, Supremam fidem potestatem obtinet non solum in foro externo, sed etiam in interno. Et vi illius potest absolvere à quibuscumque peccatis, & relaxare vota, & juramenta, & ligare censuris; indulgentias, etiam plenarias tam pro vivis, quam pro defunctis concedere. Et etiam competit plenissima dispositio de Ecclesijs, Monasterijs, beneficijs, eorumque bonis, & juribus. Ejus ergo potestas à Christo immediate data se extendit ad omnes totius Orbis Christiani fideles, seu baptizatos. C. 4. de Jur. jur. Cl. 1. eod. *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 2.* Et in signum prædictæ potestatis semper, & ubique utitur pallio. C. 4. de Auth. & alij. *Super pallij.* Et ubique terrarum desert Crucem; arg. C. 23. de Privileg. & omnes ejus pedem osculantur. Omnes fideles iudicant, à nemine mortali iudicatur. C. 6. D. 40. potest tamen se aliorum iudicio submittere ad majorem suæ justitiæ ostensionem: sic *Leo Pontifex Maximus* se iudicio Imperatoris submisit in C. 41. 2. q. 7. *Barbosi. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 2. n. 34.* Denique ut Princeps Secularis potest in suo Territorio omnia, quæ ceteri Principes Supremi. C. 7. §. 1. de Appell. C. 7. C. 13. qui



*filij sui legitimi*, in alijs verò Regnis nullo iurisdictionem directam habet: sed solum spirituales, & huius ratione aliquam potestatem indirectam habet in rebus temporalibus totius Mundi, quatenus spirituales potestatem concernunt. C. 6. de Major. & obed. Et hac potestate abrogat Leges Civiles, quæ potestatem peccatum. C. fin. de Prescript. Et de hac potestate intelliguntur. Extrav. 1. de Maj. & obed. int. com. & alij Textus concord. Et hinc dicendum, Romanum Pontificem hac potestate gaudere, etiam respectu Regnorum infidelium, ut ad fidem convertantur, validamque, & legitimam esse donationem Insularum, & terrarum. Novi Orbis factam ab Alex. VI. nostris Catholicis Regibus: quidquid alij dentibus fremant, & tabescant. De quo late Solorz. de jur. Ind. t. 1. lib. 2. cap. 23. Greg. Lop. in L. 2. tit. 23. p. 2. & plures alij. Et præcipue probatur ex Bull. Alex. VI. quæ habetur in 7. Decretal. lib. 1. tit. 9. ibi: *Motu proprio non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc nobis oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, cum Insulas, & Terras firmas inventas, & invenendas, detectas, & detegendas versus Occidentem, & Meridiem, fabricando, & construendo unam lineam à Polo Arctico, scilicet, Septentrione, ad Polum Antarcticum, scilicet, Meridiem, sua Terra firma, & Insula inventa, & invenienda sint, versus Indiam, aut versus aliam quamcumque partem, quæ linea disset à qualibet Insularum, quæ vulgariter nuncupantur de los Azores, y Cabo Verde centum leucis versus Occidentem, & Meridiem, ita quod omnes Insula, & Terra firma reperta, & reperienda detecta, & detegenda à præfata linea versus Occidentem, & Meridiem, per alium Regem, aut Principem Christianum non fuerint actualiter possessa usque ad diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, proxime præteritum, à quo incipit annus præfatus millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per Nuntios, & Capitaneos vestros inventa aliqua prædictarum Insularum autoritate Omnipotentis Dei Nobis in Beato Petro concessa, ac Vicariatus Jesu Christi, quæ fungimur in terris cum omnibus illarum dominijs Civitatibus, Castris, locis, & villis, iuribusque, & indictionibus, ac pertinentijs uni vestris, Vobis, hæredibusque, & successoribus vestris (Castella, & Legionis Regibus) in perpetuum tenore præfati domanus, concedimus, & assignamus, Vosque, & hæredes, ac successores præ-*

*fatos illarum Dominos cum plena, libera, & omnimoda potestate, autoritate, & iurisdictione facimus, constituimus, & deputamus: decernentes nihilominus per huiusmodi donationem, & concessionem, & assignationem nostram nulli Christiano Principi, qui actualiter præfatas Insulas, & Terras firmas possiderit usque ad dictum diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, jus questum, sublatum intelligi posse, aut auferri debere. Et insuper mandamus vobis in virtute Sanctæ obedientiæ (ut sicut pollicemini, & non dubitamus pro vestra maxima devotione, & Regia magnanimitate, vos esse facturos) ad Terras firmas, & Insulas prædictas, viros probos, & Deum timentes, doctos, peritos, & expertos ad instruendum Incolas, & habitatores præfatos in Fide Catholica, & bonis moribus imbuendum, deservare debetis, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes. Facit L. 1. tit. 1. lib. 1. R. Indiar. ibi: *Dios nuestro Señor, por su infinita misericordia, y bondad, se ha servido de darnos, sin merecimientos nuestros, tan grande parte en el Señorío de este Mundo, que demás de juntar en nuestra Real Persona muchos, y grandes Reynos, que nuestros gloriosos Progenitores tuvieron, siendo cada uno por sí poderoso Rey, y Señor, ha dilatado nuestra Real Corona en grandes Provincias, y tierras por Nos descubiertas, y señoreadas ázia las partes del Mediodia, y Poniente de estos nuestros Reynos. Provincia, & Regna quæ nunc à nostris Regibus feliciter possidentur, specialiter referuntur in Tit. 15. lib. 2. R. Ind.**

327. Post R. Pontificem secundum locum in Hierarchia Ecclesiastica Cardinales S. R. Ecclesiæ tenent: sic enim dicti sunt, teste Eugenio IV. quia sicut super Cardinem voluitur ostium domus, ita super hos Sedes Apostolica, totius Ecclesiæ ostium quiescit, & sustentatur. Illorum officium tempore Apostolorum cepit, & ad similitudinem Sacerdotum generis Levitici fuerunt instituti. C. 13. qui filij sint legit. Titulus, & nomen Cardinalium tempore S. Sylvestri I. & Constantini Magni inceptis videtur: de eis facit mentionem Gelasius Papa in C. 3. D. 24. Dignitas illorum olim infra Episcopos erat; arg. C. 6. de Censib. Sed à Bonif. VIII. supra omnes Episcopos, & Prælatos fuerunt evecti: & merito quidem: quia ipsi, etiam si Episcopi non sint, faciunt unum Corpus, & Consistorium cum R. Pontifice ad Ecclesiam gubernandam in toto Orbe. Olim Illustrissimis dicebantur: sed Urban. VIII. titulum Eminentie eis dedit, qui proinde ho-

hodie Eminentissimi indignantur sicut Electores Ecclesiastici Imperij, & Magister equitum Militensium. Dicuntur etiam esse latus, & Socij R. Pontificis, Lumina Ecclesiæ, Lucernæ ardentes, Patres Spirituales, & Columnæ Ecclesiæ, Regibus equiparantur, & licet Reges in suo Regno, vel extra præcedant Cardinales, ut particulares, in Consistorio post primum Episcopum, vel antiquiorem Presbyterum locum obtinent. Barbof. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 4. ex n. 7. Rex Noster scribens Cardinali Belluga sic loquitur. *Muy Rdo. en Christo P. Card. Belluga mi muy charo, y muy amado amigo. Innocentius IV. circa Ann. 1244. Cardinalibus missis ad regendas terras Ecclesiæ rubeum galorum dicitur tradidisse: quod postea ad omnes Cardinales extensum fuit, exceptis Religiosis, qui birretum ejusdem coloris, cujus erat habitus religionis, afferebant: postea Greg. XIV. Ann. 1590. vel 1591. dedit birreta rubra Cardinalibus Religiosis, habitu in cæteris nihil immutato: Itaque hodie omnes rubro galero, & birreto ornantur, quo denotatur promptitudo ad effundendum sanguinem pro fidei defensione, ut ex formula, qua Cardinalibus galerus traditur constat. Solus Papa creat Cardinales, Principes Christiani unum, vel alterum proponunt, sunt numero 72. sicut Dicitur Domini, & sunt in triplici ordine. Alij enim sunt Episcopi; qui hodie sunt sex, olim octo erant: scilicet Hostiensis, cui conjuncta fuit Ecclesia Veiterna, Portuensis, cui conjunctus fuit Sylva Candida, seu S. Rufinæ Episcopatus, Tusculanus, Sabinenis, Prænestinus, & Albanus. Alij Presbyteri sunt: & 51. numerum implent. Alij sunt Diaconi, & sunt 15. quem numerum, vel minuire, vel augere bene valet Pontifex. Barbof. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 3. n. 43. qui ex n. 45. assertit titulos particulares omnium Cardinalium, & Bull. Sixti V. Non possunt creari Cardinales illi, qui sunt illegitimi, etiam si per subsequens matrimonium legitimentur: nec qui habet filios, vel nepotes. Frater ex uno parente germanus, vel patruelis consobrinus, vel amicitus, nec patruus, aut avunculus nepotis ex fratre, vel sorore Cardinalis viventis, vel è converso, nequeunt esse Cardinales. Barbof. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 3. ex n. 16. nec Cardinales esse possunt, qui aliqua irregularitate, defectu, vel vitio laborant: Imò debent esse lectissimi, & præcellentes viri, quorum vita probitas, morum candor, præstans doctrina, eruditio rara, eximia pietas, erga*

salutem animarum ardens studium, & zelus, aliæque qualitates tam ipsi Pontifici, quam universo Sacro Collegio, vel Cardinalium Senatui, cognita, & probata sint, denique inveniantur, ut pleno ore, & non de nomine tantum Eminentissimi appellentur. Ad Cardinalatum requiritur ætas 30. annorum, sicut ad Episcopatum; arg. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 1.* Cardinalis Diaconus potest esse, qui in 22. anno suæ ætatis constitutus sit. Barbof. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 3. n. 33. in Ecclesijs sui Tituli, sicut Presbyteri, vel Diaconi tantum sint, quasi Episcopalem iurisdictionem obtinent. C. 11. de Major. & obed. postquam matrimonijs assiterit, vel licentiam assensum concedere; & uti insignibus Pontificijs, solemniterque benedicere, conferre beneficia, & visitare personas sibi subjectas, in easque ferre Censuras. Et si saltem Presbyteri sint possunt ibidem suis subditis conferre Ordines minores. Barbof. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 4. ex n. 33. Et privilegia Episcopis concessa, quæ non requirunt consecrationem ipsis concessa continentur. Et de eorum causis solus Pontifex cognoscit. Et regulariter non tenentur Regulis Cancellariæ, nec alijs Constitutionibus odiosis, & poenales: possunt condere testamentaria, etiam sine solemnitate, sicut milites. Si reo ad patibulum ducto occurrant, & eum pileo, vel velle tegant, manet reus immunis, nisi forte reus atrocioris criminis sit. Barbof. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 4. ex n. 54. Cardinales Episcopi non excusantur à residentia in suis Ecclesijs. *Trid. sess. 23. de Ref. cap. 1.* Cardinales omnes olim in Consistorio apud Pontificem bis in hebdomada conveniebant: Postea semel tantum, & demum hoc est relicta arbitrio Pontificis, qui Consistorium congregat quando expedit cum plura negotia in Congregationibus particularibus decernantur. In Consistorio proponuntur, & deciduntur controversiæ electorum ad Ecclesiæ Cathedrales, ubi Ecclesiæ vacant, discutitur, ad quem pertinet electio. Eliguntur propòsiti ad beneficia Consistorialia, id est, quæ sunt Apostolica Sedi reservata. Ibidem tractantur quæ spectant ad cultum Divinum, ac fidem Christianam, religionem, & pacem Orbis Christiani, & etiam temporalem Romanæ Ecclesiæ conservationem. Et in alijs negotijs arduis Papa Cardinalium Consilium requirit, de honestate quidem. C. 17. v. Decet. de Elect. in 6. non tamen de necessitate.



C. 14. de *Panit. & Remis.* In Concilijs Cardinales, etiam Episcopi non sunt, habent vobis decivum, sicut Episcopi; & in Conc. Later. sub Leon X. ante Episcopos subscripserunt. *Suar. de Fide D. 11. sect. 1. n. 17.* Eligunt novum Pontificem, quando Sedes vacat, faciuntque omnia ea, quae ad defensionem Ecclesiae Sede vacante, sunt necessaria. C. 3. de *Elect. in 6. Cl. 2. eod.* sed non succedunt in jurisdictionem Papae, sicut Capitulum Cathedrale succedit in jurisdictionem Episcopi. C. 2. de *Elect. quia jurisdictione Pontificia à Christo solum Petro, ejusque successoribus fuit concessa.* Tempore schismatis Concilium congregant, cuius auctoritate de Pontifice certo provideatur, ut factum Concilij Constantiensis in electione Martini V. probat. In Ecclesia Compostellana, & alijs, aliqui Canonici appellantur Cardinales ex pontificio privilegio, quod ad magnam Ecclesiae illius splendorem conduct, non tamen ipsis privilegia Cardinalibus concessa competunt. Aliquando Parochi Cardinales appellantur in iure. Nam Cardinales in sua prima institutione nihil aliud erant, quam Presbyteri principales, vel Parochi Ecclesiarum Romae.

328. Post Cardinales Patriarchae sequuntur *Patriarcha* significat *Summum Patrem, vel Principem Episcoporum, c. 1. D. 21* quia propositus est Archiepiscopus, & Episcopus totius Regni. Alij *maiores*, alij *minores* dicuntur. Majores sunt. 1. Papa in Lateranensi Basilica per totum Occidentem, scilicet, Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Angliam, Dalmatiam, &c. Et hic habet primatum in Universalis Ecclesia. Nam Ecclesia Romana est omnium Mater, & Magistra. C. 23. de *Privil. qua disponit Dominus super omnes alias Ordinariae potestatis obtinet principatum, ut potest Mater Universorum Christi fidelium, & Magis. C. 1. D. 12. C. 9. de Heret. Trid. sess. 6. de Baptism. Can. 3. Et sess. 14. de Extr. Unc. cap. 3. & saepe alibi in iure. 2. Constantinopolitanus, 3. Alexandrinus. 4. Antiochenus. 5. Hierosolymitanus. C. 23. de *Privileg.* Minores sunt Aquileensis, Venetus, qui in locum Gradenis, de quo fit mentio in C. 11. D. 32. succedit. Patriarcha Indiarum, & Aethiopiae. Ecclesia Hispanensis, & denuo Olyssiponenis etiam titulo Patriarchatum insigniuntur. Olim magna erat Patriarcharum majorum potestas. Nam Archiepiscopi subditis pallium concedebant, cognoscebant de eorum causis, illosque deponere poterant: Crucem ante se ubi-*

que valebant deferre, nisi in Urbe Roma, & ubicumque Summus Pontifex, aut ejus Legatus utens insignibus Apostolicae Dignitatis praesentes essent. In omnibus Provincijs eorum jurisdictioni subiectis, ad eos provocabatur, salvis appellationibus ad Sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum. C. 23. de *Privileg. C. 1. D. 80.* In Concilijs ante Cardinales olim sedebant: sed cum hodie illorum Provincia ab infidelibus occupentur, solum Dignitas, & nomen permanet. *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 6. ex n. 22.* Crux Patriarchalis habet duo ligna transversa, quorum superius brevius est inferius in hunc modum. ✠ Et in hoc differt à Cruce Archiepiscoporum, quorum Crux simplici ligno transverso conitit in hunc modum. ✠ *Barbos. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 6. n. 33.*

329. Primates Patriarchas subsequuntur: Hi enim sunt Archiepiscopi, qui in aliquo Regno obtinent majores, & principales Metropoles. Tales sunt in Gallia Bituricensis, Rhemensis, Lugdunensis, Arelatenis, & Viennensis, qui inter se de prima Cathedra disputant. In Hungaria Strigoniensis, in Polonia Gnesnensis, in Germania olim Magdeburgensis, hodie Salisburgensis. *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 6. ex n. 46.* Et in Nostra Hispania Primas habetur Archiepiscopus Toletanus, nam licet de Primatu Hispaniae disputent non sine fundamento Ecclesiae Hispanensis, Tarraconensis, & Bracarenis. C. 7. de *In integr. restit.* jam pro Toletana Ecclesia ultra varias Pontificum sententias, & Bullas stant. *Lex Regia 16. tit. 1. lib. 4. R. C.* aliaque Regia Rescripta, in veterata possessio, & communis, non solum Hispanorum, sed, & extraneorum existimatio. De quo late *Gastion. Loaysa in Concil. Hispan. Barbos. de Offic. Episc. tit. 3. cap. 8. Gomez. in c. 7. de In integr. restit. & plures apud ipsos.* Ad quos litigantes mitto: quibus cum Palemone dicam: *Non nostrum inter vos tantas componere lites.* Sed sane miror, quare Granatenis Ecclesia non affectet Hispaniae primatum, cum ibidem primo sua in Cathedram collocasset Noster Apostolus Divus Jacobus, & ibidem primo à Sanctissima Virgine fuisset visitatus, & primus sanguis, qui in fidei defensionem effusus est, illam terram irrigasset. Et ibidem primum Concilium, de quo constat, & quod extat, etiam ante Generale Nizenum pro regimine Ecclesiae celebratum fuerit. Sed forte ipsa contenta est nomi-

nomine Apostolica quo gaudet. Tales ergo Primates in suis Dioecibus habent jurisdictionem ordinariam, & ad ipsos ab Archiepiscopis appellatur, etiam in criminalibus. C. 1. D. 99. Etiam fit devolutio beneficiorum propter negligentiam Archiepiscoporum: ad eos deferuntur quae ad verius Archiepiscopos non exemptos. C. 46. 11. q. 1. Confirmant Episcopos, & Archiepiscopos, si quos habent subditos: non tamen ipsis competit jurisdictione in subditos Archiepiscoporum, vel Episcoporum: quin, & hodie praeter nomen Primatum, & aliqualem praecminentiam vix aliud ipsis remanet quod non sit commune alijs Archiepiscopis. Hi enim post Primates locum obtinent.

330. Archiepiscopus ergo *Summus Episcoporum* dicitur. C. 1. D. 21. qui etiam hodie *Metropolitani* à Metropoli appellantur: licet D. Isidorus per Archiepiscopos, quos Superiores Metropolitanos censet, intelligat Primates. C. 1. D. 21. ipse enim praestit Episcopos alicujus Provincia: sic enim vocatur ejus districtus, qui omnes Dioeceses suffraganeorum includit. Episcopi illius subditi *suffraganei* dicuntur: quia Archiepiscopo in Concilijs, consecrationibus, & alijs suffragantur. Praecellit ceteros Episcopos honore, & est persona magis privilegiata, utitur pallio, ut suo loco diximus; in tota sua Provincia munita violacea supra rochetum apertum utitur, occurrentes benedicit per totam Provinciam, etiam in loco exempto, & ibidem potest Divina Officia celebrare in Pontificalibus, & facere, ut coram ipso celebrentur, & ad hoc collocare sedem, & etiam Crucem deferat ante se. C. 2. de *Privileg.* non tamen ante acceptum pallium: Eamque deferri ante se facit statim ac suam Provinciam intrat. Quando in Cathedrali recipitur, crux praecedit, sequuntur immediatè Canonici, & Dignitates, & nullus alius: & postea sequitur Archiepiscopus. *Barb. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 7. ex n. 125.* ita, ut inter Crucem, & Archiepiscopum solum Canonici, & Dignitates intercedant. Ad Archiepiscopum pertinet de Jure Communi electionem suffraganeorum confirmare, & illos consecrare, vel consecrationem delegare alijs. Sed hodie, ut diximus, haec reervata sunt Pontifici. Archiepiscopus in sua Dioecesi; (sic ejus peculiare, & immediatum territorium appellatur, prout contra distinguitur à Provincia) in subditos immediatos habet eandem potestatem, quam ceteri Episcopi in suos subditos, &

Tom. I.

Dioeceses: & praeterea sunt Judices ordinarij suorum suffraganeorum. C. 11. b. t. sed hodie ex *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 5.* causa criminalis graviore contra Episcopos, ut heresis, & alia, qua depositio, aut privatio dignitatis sunt, ab ipsa tantum Pontifice cognoscuntur, & terminantur: minores verò à Concilio Provinciali, vel ab eo deputatis. Hodie tamen nec in Causis Civilibus cognoscunt Archiepiscopi contra Episcopos suffraganeos. *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 7. n. 46.* possunt tamen suffraganeis, & eorum Vicarijs praecipere, quae pertinent ad ipsorum officium, eisdem ad Synodum vocant, debentque curare, ut suffraganei apud suas Ecclesias resident: illorum negligentiam supplet in executione testamentorum, beneficiorum collatione, constitutione Aconomi, in dispensationibus, absolutionibus, & alijs. Possunt itidem aliquando suspendere, interdicere, & excommunicare suffraganeos, vel eorum Vicarios: Imò, & Vicarius Archiepiscopi, eo absente, potest has Censuras ferre in suffraganeis, & potest illos cogere ad constituendum Vicarium, quando non est idoneus, qui erat ab Episcopo constitutus. Similiter possunt Archiepiscopi suffraganeum cogere ad consensum praestandum, quando ejus consensus est ad aliquem actum necessarius, possuntque dissentire in votis, & juramentis suffraganeorum; quales elemosynarum per totam Provinciam mittere pro fabrica Ecclesiae Metropolitanae. Edicta per totam Provinciam publicare in casibus ad suam jurisdictionem pertinentibus, & à tota Provincia expellere delinquentes in sua Dioecesi. C. 11. de *Privileg.* Canonicos Episcopi suffraganei, si absque causa cessent à Divinis, praecipue in Episcopi contemptum punire possunt, aliaque hujusmodi facere, ut late *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 7. Ex c. 13. §. 1. b. t. & alijs.* Et licet in subditos suffraganeorum jurisdictionem habeat: non potest eam ipse Archiepiscopus exercere immediatè, nisi in casibus in iure expressis, ne alias Ecclesiasticus ordo confundatur, & immediati superiores contemnantur. C. 11. b. t. C. 1. eod. in 6. sicque per viam nullitatis absque appellatione non potest cognoscere de causis inter subditos suffraganei, nec potest in integrum restituere adversus sententiam Episcopi. Cognoscit tamen per se, vel per Vicarium, vel delegatum de quacumque causa criminali, civili, spiritali, vel temporali per viam appellationis,

S

nis,



nis. C. 3. §. 8. de Appellat. in 6. Quando Provinciam vilitat, potest absolvere etiam à relevatibus Ordinario. C. fin. de Censur. in 6. & punire criminosos notorios, non alios. C. 1. de Papis in 6. Imò etiam extra calum appellacionis, & visitationis hos punire valet, si in hoc Suffraganeus negligens sit. C. 1. §. 4. de Censur. in 6. Item potest concedere indulgentias per totam Provinciam, etiam extra visitationem. C. 15. de Penit. & remis. Hodie tamen non potest Archiepiscopus Dioceses suffraganeorum visitare, nisi causa cognita, & probata in Concilio Provinciali. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 3.* Quando ad Archiepiscopum deferuntur causa controversa inter subditos suorum suffraganeorum de eis cognoscit, vel delegat cognoscendas in propria Civitate, vel Diocesi, aut in illa, ex qua causa sunt profecta, nisi aliud de consuetudine servetur. C. 5. b. t. Et ex hac consuetudine Archiepiscopus Compostellanus habet in Civitate Salmantina Vicarium constitutum, qui Metropolitanus dicitur, ad quem per appellacionem recurrunt ex tota Provincia, quando à suffraganeorum sententia appellatur: excepto Episcopo Salmantino, à quo appellatur ad Archiepiscopum ipsum Compostellanum. Et sic vidi in praxi servari. Hic Judex Metropolitanus regulariter est aliquis Collega major, ut meo tempore erat quidam mei Collegij Conchenis alumnus. *Pax in Praxi, l. 2. pralud. 1. n. 20.*

331 Episcopus, Archiepiscopum sequitur, Græca voce sic dicitur quasi Latine Superintendens, vel Speculator. C. 1. D. 2. Et communiter vocatur Ordinarius: quia ordinariam jurisdictionem exercet in certo loco, vel districtu, qui dicitur Diocesis. Et quidem est Prælatu Ecclesiasticus speciali charactere ordinis insignitus, qui præest Clero, & Populo, quoad curam animarum, Ecclesia principalis, & Matrix Diocesis, cui immediate præest, dicitur Cathedralis, quia ibi Cathedralam Episcopalem obtinet. Duplicem potestatem habet, aliam jurisdictionis, ordinis aliam. Illa Episcopo confirmato, etsi nondum sit consecratus, competit. C. 15. de Elect. hanc per consecrationem habet, consistitque in confirmando, ordinando, consecrando, exerceturque in vestibus, & ornamentis Pontificalibus. C. 4. D. 68. Et hæc provenit à Deo immediate: & juxta plures etiam jurisdictioni in foro interno, ut tenet *Abulen.* cum alijs contra *Turrecrem.* Imò & jurisdictioni exterior, saltem in genere ex *Paul. ad Epbf. 4. v. 11. ibi:*

*Ipse dedit quosdam apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios Pastores, & Doctores.* Apostoli enim immediate à Christo omnem jurisdictionem accipere, juxta illud Christi D. apud *Joan. 20. v. 21.* *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Et quia Episcopi in locum Apostolorum successerunt. C. 2. D. 2. l. 3. tit. 10. p. 2. videtur à Christo etiam Episcopos omnem potestatem accipere. Ita *Victor. Alphons. Castro, & alij.* Tenendum tamen est, jurisdictionem externam Episcoporum immediate à R. Pontifice provenire. Ita *D. Thom. Dur. Sor. Saar. de Leg. lib. 4. cap. 4. n. 5. Cajet. & Bellarmin. lib. 4. de Rom. Pontif. ex cap. 22.* Et probatur ex C. 1. D. 2. ibi: *Omnes, sive Patriarchij cujuslibet apices, sive Metropolitæ primatus, aut Episcopatum Cathedralis, vel Ecclesiarum cujuslibet ordinis Dignitates, instituit Romana Ecclesia.* C. 12. 2. q. 6. C. 18. 24. q. 1. ibi: *Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incrementum fecunditatis extenditur, quomodo solis multi radij, sed lumen unum: & ramj arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum, & cum de fonte uno rivuli plurimi defluunt: unitas tamen servatur in origine.* Deinde, si potestas jurisdictionis immediate esset eis data à Christo, non posset auferri ab Ecclesia, vel à Pontifice Episcopis, ut defacto auferitur per excommunicationem, vel degradationem, sicut non potest auferri potestas ordinis. Tribunal, Consistorium, seu Curia Episcopi, debet esse in Civitate Episcopali. C. 21. 7. q. 1. vel saltem intra Diocesim: & quidem in loco honesto, non exempto. C. 7. b. t. in 6. quia locus exemptus loco extra Diocesim sito equiparatur, ubi Episcopo exercenti jurisdictionem contentiosam impudè non patetur. C. fin. de Const. in 6. nisi expulsi sit à Diocesi. *Cl. un. de Foro compet. ubi Concilium Viennense concedit Episcopis expulsi à suis sedibus, quod in locis aliarum Diocesum possint contra expulsores, & fautores procedere, & inter subditos judicare.*

332 Tota potestas Episcopi consistit in duplici Lege, jurisdictionis, videlicet, & Diocesana. C. 18. b. t. Et ibid. *DD.* Lege jurisdictionis omnes Ecclesie, tam Sæculares, quam Regulares, non specialiter exemptæ, quæ sunt in Diocesi, tenentur. *Cap. 17. 18. q. 2.* Lege Diocesana non tenentur Ecclesie Regulares, licet subjectæ sint Episcopi jurisdictioni: Nam ob Religionis favorem sunt exemptæ. C. 1. 10. q. 1. Ad legem jurisdictionis reducuntur, quæ ex parte Episcopi consistunt in dan-

dando, seu faciendo, sive actus sint ordinis, sive jurisdictionis, ut ordines conferre, confirmare, consecrare Ecclesias, Abbates, &c. Vi hujus Legis etiam cognoscit, & decidit omnes causas ad forum Ecclesiasticum externum spectantes, in prima instantia, etiam cum aliorum inhibitione. C. 7. b. t. in 6. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 20.* & cumulativè concurret cum alijs Judicibus Ordinarijs inferioribus, quales solent esse Decani, Archidiaconi, Præpositi, & alij hujusmodi; arg. *L. fis. C. de Jurisd. Molin. de Just. & jur. tr. 5. D. 8. n. 4. in fin. adco.* ut quando Judici Ordinario aliqua causa committitur, ejus cognitio ad ipsum de Jure Communi spectat, non ideo efficitur delegatus, sed tantum ejus jurisdictioni excitari videtur, ita ut Jure Communi, & ut Ordinarius procedat. C. 12. b. t. Et ibid. *Gonz. arg. L. 4. tit. 6. lib. 2. R. C.* Etiam ex hac Lege Episcopus punit delicta Clericorum, & Laicorum: quæ ad forum Ecclesiasticum pertinent. C. 1. b. t. non solum censuris in contumaces, & poenis Ecclesiasticis infligit, sed etiam corporalibus, carceris, irremunium, & verberum. C. 7. b. t. in 6. excepta poena sanguinis, quæ si Clericus dignus sit, & ea puniendus, degradatur, & brachio traditur seculari. C. 4. de Raptor. C. 14. b. t. Si invocato auxilio brachij sæcularis Laicus indebitè illud præstare renuat, censuris compellitur ab Episcopo. Etiam multas pecuniarias locis pijs applicandas, etiam in Laicos infligit. C. 4. de Raptor. *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 3.* Et in Bulla Cruciatæ imponitur Judicibus Ecclesiasticis obligatio has multas in subsidium belli contra Infideles applicandi. In Indijs non debent Episcopi facile in poenas pecuniarias Laicos condemnare. *L. 47. tit. 7. lib. 1. R. Ind.* Quando Episcopus procedit contra Capitulares, debet hoc facere cum consilio Adjutorum, juxta formam *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 6. Videlicet, ut Capitulum initio cujuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel ejus Vicarius tam in formando processum, quam in ceteris omnibus actibus usque ad finem causa inclusivè, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in ejus domo, aut consueto Tribunali procedere teneatur. Unum autem tantum sit utriusque votum, possitque alter Episcopo accedere. Quod si antea ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel definitiva sententia fuerint, tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant, &*

*si in electione tertij etiam discordent, ad vicinorem Episcopum electio devolvatur. & juxta eam partem, cum qua tertius convenit, articulus, in quo erat discordia, terminetur: alias processus, & inde secuta nulla sint, nulloque producant juris effectus. In criminibus tamen ex incontinentia provenientibus, de qua in Decreto de concubinarijs, & in atrocioribus delictis, depositionem, aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, ne judicium eludatur, & ideo opus sit personali detentione, post initio solus Episcopus ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere: servato tamen in reliquis ordine præmissi. In omnibus autem casibus ea ratio habeatur, ut juxta qualitatem delicti, ac personarum delinquentes ipsi in loco detenti custodiantur.*

333 Etiam de aliquibus delictis Laicorum Ecclesiasticus Judex, vel etiam ipse Episcopus cognoscit, non potest eos apprehendere, neque in carcerem ducere, neque in eorum bona executionem facere per suos Ministros, seu Apparitores, Hispanè: *Alguaciles* sed debet ad hæc brachium sæculare implorare; arg. C. 14. b. t. C. 21. de Homicid. *Trid. sess. 25. de Reg. cap. 5. L. 60. tit. 6. p. 1.* Et expressè in *L. 14. L. 15. tit. 1. lib. 4. R. C.* Si auxilium sæculare invocetur in causa mere Ecclesiastica, cum ejus cognitio non pertineat ad sæcularem, non debet illi constare de justificatione requisitoria invocationis; sed cum ipse constet de sententia, vel præcepto dato, statim auxilium præstabit; arg. C. 18. §. *Prohibemus, de Hæret. in 6.* Si invocetur causa, quæ etiam ad sæcularem spectet, ut si agatur de delicto mixti fori, Judex sæcularis sumpta summaria informatione cognoscat de justificatione requisitoria, & non aliter auxilium præstabit, quam vi suo processu; ipsi de justificatione constet. *Acce. in L. 15. tit. 1. lib. 4. R. C. ex n. 4. Gonz. in C. 1. b. t. n. 17.* Similiter Judex Sæcularis potest auxilium Judicis Ecclesiastici implorare, quia utraque jurisdictioni debet mutuo foveri, & adjuvari. C. 6. de Sent. excom. in 6. ibi: *Stetque utrumque quodammodo gladium, & temporalem, & Ecclesiasticum, alterum videlicet altero adjuvare. Acce. in L. 14. tit. 1. lib. 4. R. C. n. 1.* Sed si Judex Sæcularis imploret Ecclesiastici auxilium, non potest illum compellere ad illud præstandum, sed debet adire ejus superiorem; & sæcularis debet Ecclesiastico processum ostendere. *Acce. in L. 15. tit. 1. lib. 4. R. C. n. 10. Covarr. & alij.* Ipse etiam Episcopus pu-



blicas poenitentias imponit, non tamen, nisi ob publica, & majora crimina. *C. fin. 26. q. 6. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 3.* beneficia curata, & non curata, conferit, & ab eis desinitur, & deponit. *C. 16. h. t. & inquis. d. 1. an. beneficiati sunt legitime instituti. C. 3. h. t. in 6. Condit. Dioeceseana statuta, quae tamquam Leges in Dioecesi obligant, etiam post ejus mortem. C. fin. de Offic. delegat. exequitur pias dispositiones fidelium, etiam ut Sedis Apostolicae delegatus, visitat Dioecelium. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 3.* Hospitalia, Collegia confraternitates Laicorum, Scholas, & caetera pia loca; non tamen ea, quae sub Regum immediata protectione sunt sine eorum licentia. *Trid. sess. 22. de Ref. cap. 8.* Sed in nostra Hispania, & in Indijs Hospitalia, quae etiam sub immediata nostrorum Regum protectione existunt, ex ipsorum Regum dispositione, simul ab utroque Judice, Ecclesiastico, scilicet, & Saeculari visitantur. *L. 4. tit. 6. lib. 1. R. C. L. 5. tit. 4. lib. 1. R. Ind. n. 21.* ibi: *Que en las visitas de los dichos Hospitales intervenga el Ordinario Ecclesiastico, especialmente en los que tuvieren Iglesia, Altar, y Campana, conforme el Santo Concilio de Trento. Los que inmediatamente fuere del Patronato Real, por estar fundados, o dotados por Nos en todo, o en parte, o con rentas, limosnas, y contribuciones, que para ello ayen hecho las Ciudades, y Villas en comun, o en particular, se puedan asimismo visitar, y visiten cada año, o quando pareciere conveniente, por los Governadores, o Corregidores, con algunos Diputados de sus Cabildos, o las personas que para ello se señalaren por los Virreyes; y se podrá procurar, que estas visitas se hagan a un mismo tiempo por el Ecclesiastico, y Seglar, para escusar embarazo.* *Bobadilla Polit. t. 2. cap. 18. n. 228. Solorz. Polit. Indian. lib. 4. cap. 3. f. 518.* & alij eorum etiam Ordinarius concurrunt cum omnibus Parochiis suae Dioecesis in administratione Sacramentorum; cum tota Dioecesis sit ejus Parochia. Etiam debet predicare per se, si hoc facere valeat, quia hoc est ejus munus praecipuum. *C. 5. h. t. & in sua Dioecesi Praedicatores constituit, & nullus, contradicente Episcopo, potest predicare. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 4.* Indulgentias potest concedere, etiam exemptis profuturas, unius anni in dedicatione Ecclesiae, & 40. dierum in ejus Anniversario, & in alijs casibus. *C. 14. de Poenitent. & remis.* Potestque Episcopus alia plura facere, de quibus late DD. praecipue *Barbosa*, qui integrum volumen*

composuit de officio, & potestate Episcopi. *Macbad. in Sum. lib. 4. & alij.* Et Ego in suis locis alia dicam, interim sufficiat addere, quod juxta plures DD. pro regula generali habetur, quod Episcopus in sua Dioecesi habet tantam potestatem, quantum habet Pontifex in Ecclesia universali: quod saltem temperandum est, ut excipiantur res, quae ad universalem statum Ecclesiae pertinent. Et etiam respectu Dioecesis ea, quae à Pontifice sunt specialiter reservata. *Abulens. Victor. Sancb. de Matr. l. 1. D. 61.* vel potius hoc debet restringi ad ea, quae competunt Episcopo ad gubernationem ordinariam animarum, ita ut in Jure Communi solum possit dispensare in casibus sibi permisis. *Suar. de Censur. D. 7. sect. 4. Bened. XIV. de Synod. L. 7. cap. 30.*

334 Ad Legem Dioecelanam spectant ea, quae ex parte Episcopi consistunt in recipiendo: Hinc ex tali Lege exigere potest. 1. *Synodaticum* duorum solidorum, quod scilicet à Clericis in Synodo celebranda quotannis debet solvi. 2. *Cathedratium* duorum solidorum, quod in honorem Cathedrae, seu Dignitatis Episcopalis datur. 3. *Quartam decimarum*, quae praestanda est Episcopo ab Ecclesijs Parochialibus, ad quas decimae pertinent. 4. *Quartam mortuorum*, seu portionem Canoniam, quae Episcopo debetur ex legatis, & funeralibus oblationibus, quae sunt Ecclesijs, vel alijs locis fitis intra Dioecelium. In aliquibus Dioecibus Hispaniae loco hujus portionis est subrogatum jus quoddam certae portionis, quod *lucrosa* vocatur, quae pro varietate locorum varia est, & ideo consuetudo est attendenda. *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 19. n. 10.* 5. *Subsidium charitativum*, scilicet, moderatum subsidium, quod Episcopus exigere potest ab Ecclesijs ex justa causa. 6. *Procuraciones*, seu moderata victualia unius diei, quae praestantur ab Ecclesijs, etiam à Monasterijs non exemptis, dum Episcopus visitat per se, vel per alium. *C. 16. h. t. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 3.* sed consulenda est cujuslibet Dioecesis consuetudo: Nec extra hos casus potest Episcopus collectas, vel servitia Clericis imponere. *C. 6. 10. q. 3.* Huc revocatur convocatio, quae talis ad Synodum Dioecelanam: quantum verò in ea iudicatur, pertinet ad Legem jurisdictionalem, & ideo Abbates ad Synodum venire tenentur, quamvis Monasteria à Lege Dioecelana sint exempta. Et quidem talis Synodus debet fieri quotannis ad morum reformationem, & majorem Ecclesiasticae disciplinae observationem

nem: debentque vocari, & accedere ad Synodum omnes Parochi, saltem Saeculares, & etiam omnes alias exempti. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 2.* Et etiam Capitulum Ecclesiasticum, quod etiam potest Procuratores mittere. *C. fin. de His, quae sunt à Prelat.* Sicut Concilia Provincialia à Metropolitanis per se ipsos, vel ipsis impeditis à Coepiscopo antiquiori, quolibet saltem triennio debent cogi pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversijs componendis, alijsque hujusmodi. Et ibi convenire debent omnes Episcopi Comprovinciales, nisi justa causa exulet, Item Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, in cujus Synodo Provinciali cum alijs interesse debent, & quae ibi ordinata fuerint observent, ac observari faciant. Debent etiam convenire illi, qui de jure, vel consuetudine interesse debent: quod si in his tam Metropolitanis, quam Episcopi, & alij supra scripti negligent fuerint poenas Sacris Canonibus sancitas incurrant. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 2.* videntur etiam dist. 18. ubi de his Concilijs latius agitur. Et ut uno verbo ad utramque Legem pertinentia comprehendantur. *Episcopi ubique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est, estque in Choro, & in Capitulo, in processibus, & alijs actibus publicis sit prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & praecipua omnium rerum agendarum autoritas. Trid. sess. 25. de Ref. cap. 6.* Et merito quidem: nam ipsi sunt nostri spirituales Patres, gregis Dominici Pastores positi à Christo Vicario regere Ecclesiam Dei, Apostolorum successores, & Principes Militantis Ecclesiae, & ut tales ab omnibus; etiam à Principibus sunt utique honorandi. *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 17.* Et saepe alibi in jure. Denique Episcopi in sua Ecclesia, etiam in habitu ordinario: & in loco exempto suae Dioecesis, etiam invito Praelato, solium, thronum, & baldachinum habere potest. In sua Ecclesia, & domo potest habere umbraculum, seu baldachinum, *Hispan. Dofel.* Etiam admittit Praeox, & Regia Audientia, dum Pontificali, aut medio Pontificali utatur: secus aliter, & in alijs functionibus; ut in agitatione Taurorum, vel representatione scenica: sed tunc potest uti baldachino. *Hispan. Sitali.* Si Episcopus ut Canonicus assidet in Capitulo, etiam utitur baldachino. Aliud praeterea umbraculum, seu baldachinum portant conceditur in Coereemoniali,

quod *Hispane* dicitur *Pallio*, quo solet Episcopus in processibus uti. Et licet baldachinum, & baldachinorum debent esse ejusdem coloris ac alia paramenta, regulariter sunt purpurei, vel violacei coloris. *Villaruel de Regim. part. 2. q. 12. & alij.*

335 Quamvis olim omnes Religiones essent Ordinarijs subjectae. *C. 16. 18. q. 2.* Hodie tamen vi peculiarium privilegiorum ab eorum jurisdictione exemptae sunt. Sed tamen adhuc Episcopus tamquam delegatus Papae aliquando exercet jurisdictionem in Regularibus Exemptis, scilicet, in casibus sequentibus. 1. Corrigit, & punit Regularem extra Monasterium degentem, si delinquit. *Trid. sess. 6. cap. 3.* Qui degit in aliquo loco, vel in grangia Monasterij, ut in his Insulis plures degunt de licentia suorum Superiorum, & sub Regulari observantia, non censetur extra Monasterium degere, & arg. *C. 3. Statu Monach.* Si extra Monasterium incedat Regularis sine habitu, potest ab Episcopo puniri, secus si ita intra Monasterium incedat. 2. *Regularis non Subditus Episcopo, qui intra Clausura Monasterij degit, & extra ea ita notorie delinquerit, ut Populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo Superiore intra tempus ab Episcopo praesigendum levare puniatur, ac de punitione Episcopus certiore faciat, sin minus à suo Superiore officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 14.* quae dispositio locum habet in Equitibus Melitensibus, & etiam quando Regularis delinquit intra Ecclesiam sui Monasterij. Et quidem Episcopus potest informationem summariam de delicto facere, & Superiore remittere, ne hic ignorantiam alleget. Et sufficit, quod Episcopus semel Superiorem requirat, ut puniat delinquentem: & Superior debet Episcopo remittere, non tantum sententiam, sed & processum, & testimonium executionis sententiae. Ita ex varijs declarationibus *S. Congreg. Trid. afferunt Macbad. in Sum. lib. 4. p. 6. 57. 10. doc. 3. & alij. 3.* Procedit Episcopus contra Regularem, si sine Superioris licentia à Monasterio recedit; etiam praetextu accedendi ad Superiorem, vel si missus ad studia extra Monasterium degat. *Trid. sess. 25. de Regul. cap. 4.* Approbat libros Regularium ut possint imprimi. *Trid. sess. 4. in Decr. de Edit. libror. ibi: Nulli, que liceat imprimere, vel imprimi facere quosvis libros de rebus Sacris sine nomine Autoris; neque illos in futurum vendere,*



aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati, probatique fuerint ab Ordinario sub poena anathematis, & poenae in Canone Concilii novissimi Lateranensis apposta, & si Regulares fuerint, ultra examinationem, & probationem huiusmodi, licentiam quoque à suis Superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos Libris iuxta formam suarum ordinationum: ipsa vero huiusmodi Librorum probatio in scriptis detur, atque idcirco in fronte Libri, vel scripti, vel impressi authenticè appareat. Et insuper licentia Regia requiritur. *L. 23. tit. 7. lib. 1. R. C. 5.* Episcopus potest Regulares cogere, ut habeant in Monasterijs, ubi commodè fieri potest, lectionem Scripturarum. *Trid. sess. 5. de Ref. cap. 1. 6.* Etiam potest compellere Regulares, ut censuras ab ipso iniectas in suis Ecclesijs publicent, & quod servant festa ab Episcopo indicta. *Trid. sess. 25. de Regul. cap. 12. 7.* Compellit ipsos ad publicas Processiones accedere, nisi specialiter privilegiati sint; decidit inter ipsos controversias in ipsis Processionibus, vel in sepeliendis corporibus exortas. *Trid. sess. 25. de Regul. cap. 13. 8.* Dat licentiam ut possit à Novitijs fieri renuntiatio suorum bonorum intra duos menses ante professionem, & compellit sub censuris ipsos Regulares, ut Novitijs ante professionem ab euntibus accepta restituant. *Trid. sess. 25. de Regul. cap. 16. 9.* Exigit rationes testamentorum à Regularibus, si Executores ipsorum sint; & eos punit, si in tali executione male se gesserint. *Cl. un. de Testam. 10.* Cognoscit de Crimine hæresis, ubi Inquisitores non sunt. *C. 9. §. fin. de Hæretic. 11.* Compellit sub censuris obnoxiosas Ecclesias curatas verbum Dei prædicare. *Trid. sess. 5. de Ref. cap. 2. 12.* Gubernat in spiritualibus Monasteria Sacramentalia immediate subiecta Sedi Apostolicæ, & compellit ipsas clausuram servare. *Trid. sess. 25. de Regul. cap. 5. & 9. 13.* Punit Mendicantes, exceptis Prædicatoribus, qui cum debeant una campana esse contenti, plures habent. *Extr. un. de Offic. Custod. int. com.* Sed hoc jam contraria, & communi consuetudine est abrogatum. *14.* Si in die Sabbati Sancti majoris hebdomadae, antequam pulsetur campana Ecclesie Cathedralis, vel Matricis, in suis Ecclesijs Regulares pulsent campanas, ab Episcopo poena centum ducatorum puniuntur, ut sic debitis honor Matrici servetur; *ex. Const. 17. Leon. X. 15.* Approbat Regulares, ut possint Confessiones audire, nisi sint Parochi. *Trid.*

*sess. 23. de Ref. cap. 15. 16.* Absolvit suspensos ex eo, quod sponso alienæ Parochiæ sine licentia proprii Parochi matrimonio junxerunt. *Trid. sess. 24. de Ref. Matr. cap. 1. 17.* Cognoscit de Causis Matrimonialibus ortis inter subiectos Monasterijs. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 20. 18.* Concedit licentiam ad nova Monasteria in ejus Diocesi ædificanda. *Trid. sess. 25. de Regul. cap. 3. 19.* Excommunicat Regulares sine licentia Parochi administrantes Parochianis Eucharistiam, Matrimonium, & Unctionem extra necessitatem, & alios casus permisso. *Cl. 1. de Privileg. 20.* Procedit contra exigentes importunas elemosynas, vel si in celebratione Missarum Ritus, vel ceremonias, vel preces in Ecclesia non utilitatis adhibeant, vel si celebrent in privatis domibus, debetque prohibere musicas, in quibus aliquid lascivum, sive impurum admiscetur, vel si in horis non debitis celebrent in suis Monasterijs. *Trid. sess. 22. in Decr. de Observ. in celebr. Missar. Et in hoc casu, & alijs in jure expressis, ut in casu Trid. sess. 5. de Ref. cap. 2. Et sess. 25. de Regul. cap. 16.* potest Episcopus contra Regulares, etiam exemptos, censuras ferre: secus aliter. *Sanc. de Matr. lib. 7. D. 33. n. 23. ex C. 1. de Privileg. in 6. 21.* Potest Episcopus Regulares, si notorie excommunicati sunt, denunciare, ut vitentur. *Cl. 1. de Privileg. Eos capere, si sit periculum in mora, & fuga timeatur, & ad competentem Judicem remittere. Et in iustitia defectu admittit illorum recursum, suppletque Superiorum Regularium negligentiam. C. 7. b. t. Et ibid. Gonz. 22.* Visitat, & exercet omnimodam jurisdictionem in Monasterijs, vel locis, ubi non inveniuntur actu. *12. Religiosi. 23.* Regulares etiam subjiuntur Episcopo in Ecclesiasticarum consecratione, Chrismatis petitione, susceptione ordinum, & alijs, quæ sunt Ordinis Episcopalis. *C. 19. de Prescript. 24.* Nec possunt Indulgentias, etiam à Papa impetratas sine Ordinarij licentia promulgare, nec sine ea concionari in alienis Ecclesijs, nec confessiones Sæcularium audire valent. Denique *Greg. X. in Bull. Insuperabili, An. 1213.* concessit Episcopo potestatem in Confessarijs, & Administratores bonorum Monasteriorum Monialium, instituitque, ut Episcopus simul cum Prælati Regularibus præsidere, vel per se, vel per alium possit electioni Abbatis, seu præpositæ. Si Regularis aliquem Clericum, v. gr. coram Episcopo conveniat, Episcopus fit Judex competens ad cognoscendum de reconventione contra Regularem posita; *arg. C. 1. C. 2. de Mutuis petitis. Quos casus alioque latius discussos asserunt. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 105. Machad. in Sum. lib. 4. p. 6. tr. 10. Cokier. Integ. tract. de Jurisdic. Episc. in Exemptos.*

336 In his Indiarum Provincijs, Episcopi, ultra id, quod Jure Communi habent, solent conditi quædam facultates, quas ideò solitas appellamus: quarum tenor talis est.

1. Conferendi Ordines extra tempora, & non servatis interstitijs, usque ad Presbyteratum inclusivè: si Sacerdotum necessitas ibi fuerit.

2. Dispensandi in quibuscumque irregularitatibus, exceptis illis, quæ vel ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proveniunt; & in his etiam duobus casibus, si præcisè necessitas operatorum ibi fuerit, si tamen quoad homicidium voluntarium ex huiusmodi dispensatione scandalum non oriatur.

3. Dispensandi super defectu ætatis unius anni ob operatorum penuriam, ut promoveri possint ad Sacerdotium, si alius idonei fuerint.

4. Dispensandi, & commutandi, vota simplicia in alia pia opera, & dispensandi ex rationabili causa in votis simplicibus castitatis, & Religionis.

5. Absolvendi, & dispensandi in quacumque simonia, & in reali dimissis beneficijs, & super fructibus male perceptis, injuncta aliqua elemosyna, vel poenitentia salutari, arbitrio dispensantis, vel etiam retentis beneficijs si fuerint Parochialis, & non sint, qui Parochijs præfici possint.

6. Dispensandi in 3. & 4. confang. & affinit. Simplicis, & mixto tantum, & in 2. 3. & 4. mixtis, non tamen in 2. solo, quoad futura matrimonia, quod vero ad præterita, etiam in 2. solo, dummodo, nullo modo attingat primum gradum cum his, qui ad Hæresim, vel inlicitate convertuntur ad Fidem Catholicam, & in præfatis casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

7. Dispensandi super impedimento publicæ honestatis iustus ex sponalibus proveniente.

8. Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen conjugum machinante, & restituendi jus petendi debitum amissum.

9. Dispensandi in impedimento cognitionis spiritualis, præterquam inter levantem, & levantem.

10. Hæc verò dispensationes Matrimoniales videlicet 6. 7. 8. & 9. non concedantur, nisi cum clausula: *Dummodo mulier raptæ non fuerit, vel si raptæ fuerit in potestate raptoris non existat.* Et in dispensatione tenor huiusmodi facultatum inseratur cum expressione temporis, ad quod fuerint concessa.

11. Dispensandi cum Gentilibus, & Infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem, & Baptismum, quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fideles fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti.

12. Consciendi Olea Sacra cum Sacerdotibus, quos ponereint habere, & si necessitas urgeat, etiam extra diem Cœnæ Domini.

13. Delegendi simplicibus Sacerdotibus potestatem benedicendi paramenta, & alia utensilia ad Sacrificium Missæ necessaria, ubi non intervenit Sacra Unctio, Et reconciliandi Ecclesias pollutas aqua ab Episcopo benedicta, & in casu necessitatis, etiam aqua non benedicta ab Episcopo.

14. Largiendi ter in anno Indulgentiam plenariam contritis, confessis, & Sacra Communione refectis.

15. Absolvendi ab Hæresi, & Apostasia à Fide, & à schismate, quocumque etiam Ecclesiasticos, tam Sæculares, quam Regulares, non tamen eos, qui ex locis fuerint ubi Sanctum Officium exercetur, nisi in locis Missionum, in quibus impudè grassantur Hæreses, delinquerint, nec illos, qui judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sint, ubi impudè grassantur Hæreses, & post judicalem abjuramentum, illuc reversi, in Hæresim fuerint relapsi, & hos in foro conscientie tantum.

16. Absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis.

17. Concedendi Indulgentiam plenariam primo convertis ab Hæresi, atque etiam fidelibus, quibuscumque in articulo mortis saltem contritis, si confiteri non poterunt.

18. Concedendi Indulgentiam plenariam in oratione 40. horarum ter in anno indicenda diebus Episcopo bene visis, contritis, & confessis, & Sacra Communione refectis, & tamen ex concursu Populi, & expositione Sanctissimi Sacramenti nulla pro-



probabilis suspicio sit sacrilegij ab Hæreticis, & Infidelibus, aut Magistratibus offensum iri.

19. Lucrandi sibi eandem Indulgentias.

20. Singulis secundis feriis non impeditis officio 9. lectionum, vel eis impeditis de immediate sequenti, celebrando Missam de Requiem, in quocumque Altari etiam portatili liberandi Animas secundum eorum intentionem à Purgatorij pœnis per modum suffragij.

21. Tenendi, & legendi, non tamen alijs concedendi, libros Hæreticorum, vel Infidelium de eorum Religione tractantium, ad effectum eos impugnandi, & alios quomodolibet prohibitos, præter opera Caroli Molinæ, Nicolai Macchiaveli, & libros de Astrologia Judiciali principaliter, vel incidenter, vel alias quovis modo de ea tractantes: ita tamen, ut libri ex illis Provincijs non effentur.

22. Præficiendi Parochijs Regulares, eisque suos deputandi Vicarios in defectu Sacularium, de consensu tamen suorum Superiorum.

23. Celebrandi bis in die, si necessitas urgeat, ut in prima Missa non sumpsit ablutioem: per unam horam, ante Auroram, & aliam post meridiem, sine Ministro, & sub diu, & sub terra, in loco tamen decenti, etiam si Altare sit fractum, vel sine Reliquijs Sanctorum, & præsentibus Hæreticis, Schismaticis Infidelibus, excommunicatis, & aliter celebrari non possit. Caveat verò ne prædicta facultate, seu dispensatione celebrandi bis in die aliter, quam ex gravissimis causis, & rarissime utatur; in quo graviter ipsius conscientia oneratur. Quod si hanc eandem facultatem alteri Sacerdoti, juxta potestatem inferius apponendam communicare, aut causas ea utendi, alicui, qui à Sancta Sede hanc facultatem obtinuerit, approbare visum fuerit, serio ipsius conscientie injungitur, ut paucis dumtaxat, jisque maturioris prudentie, ac zeli, & qui absolute necessarij sunt, nec pro quolibet loco; sed ubi gravis necessitas tulerit, & ad breve tempus eandem communicet, aut respectivè causas approbet.

24. Deferendi Sanctissimum Sacramentum occultè ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi pro eisdem infirmis, in loco tamen decenti, si ab Hæreticis, aut infidelibus sit periculum sacrilegij.

25. Induendi vestibus secularibus, si aliter, vel transire ad loca eorum curæ commissa, vel in eis permanere non poterunt.

26. Recitandi Rosarium, vel alias preces, si Breviarium secum deferre non poterunt, vel Divinum Officium ob aliquod legitimum impedimentum recitare non valeant.

27. Dispensandi quando expedire videbitur, super usu carniū, ovorum, & lactiniorum tempore jejuniorum, & Quadragesimæ.

28. Prædictas facultates communicandi, non tamen illas, quæ requirunt Ordinem Episcopalem, vel non sine Sacrorum Oleorum usu exercentur, Sacerdotibus idoneis, qui in eorum Dioecesium laborabunt, & præsertim tempore sui obitus; ut Sede vacante sit, qui possit supplere, donec Sedes Apostolica certior facta, quod quam primum fieri debebit per Delegatos, vel per unum ex eis, alio modo provideat: Quibus Delegatis autoritate Apostolica facultas conceditur, Sede vacante, in casu necessitatis consecranda Calices, Patenas, & Alaria, portatilia Sacris Oleis, ab Episcopo tamen benedictis.

29. Et prædictæ facultates gratis, & sine ulla mercede exercentur, & ad annos decem tantum concessa intelligantur, nec illi uti possit extra fines suæ Dioecesis.

337. Abbates gradu inferiores sunt Episcopis. Abbas sumpta significatione à Lingua Hebraica, & Syra, Pater dicitur. *C. fin. de Regular.* est Prælati Episcopo inferior, sive Sacularis, sive Regularis sit. Et quidem aliquando toti Ordini, ut Generalis, aliquando toti Provincie, ut Provincialis, aliquando uni Monasterio, ut Prælati Localis præest, sive Guardianus, Prior, Rector, Præpositus, vel Vicarius appelletur. Abbates, & Præpositi Regulares, etiam non exempti in suos Subditos Religiosos (& sua proportione, etiam in Novitios) habent potestatem dominativam, domesticam, seu æconomicam, ordinariam, ac proinde delegabilem, ortam ex voto obedientie ad imperandum ipsis, etiam sub præcepto in virtute obedientie, prout ad Regularem disciplinam conveniat, possuntque uti eorum operibus, illorum vota irritare, & ordinare, quæ ad utilitatem Monasterij spectant. *C. 9. 18. q. 2. C. 2. C. 6. de Statu Monach.* ultra hanc potestatem, quæ est privativa, aliam habent publicam, scilicet,

ju-

jurisdictionis spiritualis, & Ecclesiastica ordinariam, & delegabilem. *C. fin. b. t. & quidem pro foro interno: & vi illius absolvent suos subditos à peccatis, & censuris ab inferiori, vel à jure inflicto, & non specialiter reservatis; arg. C. 29. de Sent. excom. & possunt reservare certa peccata graviora, vel ex comprehensis in Bulla Clem. VIII. Ad futuram, 26. Maij An. 1593. vel etiam alia, cum consensu tamen Capituli. Habent etiam jurisdictionem in foro externo in ordine ad corrigendum, & puniendum carcere, pœnis, & censuris, & ad expellendum in corrigibiles. *C. 10. de Major. & obed. C. 8. de Statu Monach.* In quocumque loco possunt fugitivos capere, quia ratione voti obedientie totus Mundus est ipsis territorium respectu suorum subditorum. Possuntque cum suis subditis dispensare in votis, juramentis, & alijs, in quibus Episcopus cum suis Dioecesanis dispensat; item in jejunijs, & alijs observationibus, his exceptis, quæ ad habitum, tria vota, & substantiam Religionis pertinent. Si habent Subditos Saculares, & Territorium proprium, exercent quasi Episcopalem jurisdictionem. Si Territorio carent, attenditur consuetudo, & privilegia. De Abbatibus Sacularibus ferè eodem modo discurrendum est. Latè *Barb. de Jure Eccl. lib. 1. cap. 17. Machab. in Sum. lib. 4. p. 5. tr. 3.* Abbatissæ etiam habent in Moniales potestatem dominativam, & gubernativam, sicut quævis Mater familiæ, ad administrandum, & regendum Monasterium, corrigendum, & puniendum; imò & ad imponenda præcepta spiritualia ad finem spirituale: adeo, ut earum potestas aliquo modo spiritualis sit. Possuntque Clericis, & Monialibus sibi subiectis prohibere, ne aliquos actus sui muneris exercent: & hoc intelligitur nomine suspensionis in *C. 12. de Major. & obed.* Imò de plenitudine potestatis potest R. Pontifex aliquam jurisdictionem spiritualem, quæ potestatem Ordinis non includat, ipsis delegare: ut est potestas condendi Leges, ferendi censuras, dispensandi in votis, & alia hujusmodi. *D. Tbom. in 4. D. 19. q. 1. art. 1. q. 3. ad 4.**

338. Parochi etiam hierarchiam Ecclesiasticam constituunt. *Parochus*, seu *Paræcus* Græcè *Incola* Latine dicitur, quasi juxta habitationem. *L. 2. 39. §. 2. ff. de Verb. signif.* etiam *Plebani* à plebe, quam Regit, & proprius Sacerdos dicitur *C. 40. de Elect. C. 12. de Pœnit. & nomis.* habet jurisdictionem ordinariam in foro inter-

Tom. I.

no ex officio, quod gerit, etiam sine Episcopi licentia; nam eam à jure obtinet. *Trid. sess. 23. de Reform. cap. 15.* ac proinde à quibuscumque peccatis, & excommunicationibus non specialiter Pontifici, vel Episcopo referatis potestatos Parochianos, ubicumque sint, etiam extra Parochiam absolvere, & ex consensu tacito suorum Parochorum, etiam potest absolvere vagos, & peregrinos, ad suam Parochiam bona fide accedentes, etiam tempore Paschali, potestque illis communionem dare. Non tamen habet jurisdictionem in foro externo, nec potest censuras ferre; *arg. C. 20. de Verb. signif.* de consuetudine tamen dispensat in præcepto jejunii, & observatione festorum, ut possit aliquod opus fieri, quæ consuetudo, ubi fuerit, servari poterit in Legibus, circa quas lit introducta: sed cum lit juri contraria non debet extendi ad casus similes. *Suar. de Legib. lib. 6. cap. 14. n. fin.* Debet itidem Parochus professionem fidei emittere, intra duos menses post adeptam Parochiam, in manibus Episcopi, vel Vicarij Generalis. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 12.* Teneturque saltem diebus Dominicis, & festis celebrare Missam. *Trid. sess. 23. de Ref. cap. 14.* Sed ex privilegio, vel consuetudine hodie cessat jus antiquum, quod præcipiebat fidelibus audire Missam prædictis diebus in Parochia propria. *C. 2. de Paroch. C. 4. 9. q. 2.* Debet etiam pœnitentiam, & Eucharistiam, non solum, quando in necessitate, & in Paschate, sed etiam quando Parochiani rationabiliter petunt, ministrare: Similiter ipsis Baptismum, & Unctionem administrat. Diebus Dominicis, & festis solemnibus Verbo Dei plebem pascere debet. *Trid. sess. 5. de Reform. cap. 2. & Doctrina Christiana. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 4.* Matrimonija Parochianorum assiluit, vel alij Sacerdoti assilientiam committit. *Trid. sess. 24. de Ref. Matr. cap. 1.* Hodie Mendicantes prædicant in omnibus Ecclesijs, semperque possunt administrare Sacramentum pœnitentiae omnibus Christi fidelibus; & extra articulum mortis, etiam in Paschate, Eucharistiam verò possunt Regulares fidelibus administrare, præter eorum, in quo debent satisfacere præcepto Paschali, & quando pro Viatico eam recipiunt. Nequeant tamen Regulares Baptismum, nec Extremam Unctionem conferre nisi in casu necessitatis, vel nisi licentia Parochi adsit: nunquam tamen possunt Matrimonio, sine licentia Parochi assistere: nam unicuique suum jus illæsum servari oportet.

T

ter.



ter. Etiam ex officio Parochus denuntiat jejunia, indulgentias, festa, matrimonia in eunda, benedicit candelas, cineres, palmas, & fontem baptismalem. Debet libros habere, in quibus notet eos, qui contraxerunt matrimonium, & testes. Item debet notare baptizatos, eorum parentes, & paternos. Item defunctos. Debetque apponere diem, mensam, annum, & locum, & in his omnibus subscribit. Et eorum testimonio fides adhibetur.

339 Nunc aliquid dicendum est de his, qui in Foro Saculari jurisdictionem ordinariam obtinent. Tales sunt Imperatores, Reges, Principes, & Respublica non recognoscetes Superiorem, ut Respublica Venetorum. Item Proceres, Gubernatores, seu Praesides Provinciarum, Praetores, & alij Magistratus, Hispani. *Virreyes, Adelantados, Governadores, Corregidores, Alcaldes Mayores, y Alcaldes Ordinarios*, qui a Rege, vel ejus delegatis, vel Senatu Civitatum constituuntur. L. 1. tit. 4. p. 3. & alibi. Item in mari, vel classe nautica Generales, Admirantes, imo, & Duces particulares aliquarum navium jurisdictionem habent ordinariam. L. 24. tit. 9. p. 2. in Exercitu Duces Generales, & alij Praefecti Militum. L. 12. §. 2. ff. de Re Militar. Etiam Rectores Universitatum sunt Judices Ordinarij respectu Doctorum, Professorum, & studentium in illis, praecipue in Universitate Complutensi, & alijs, nam illi plena, & totali jurisdictione gaudent: fecus est in Salmantina: quia licet ejus Rector jurisdictionem ordinariam habeat, in pluribus rebus est restricta, nam Cancellarius, seu Scholasticus Salmantinus: Hispani: *Maestre Escuela*, & ejus Vicarius: Hispani: *Juez del Estudio*, plenissima gaudent jurisdictione, tum Pontificia, tum Regia, ita ut Scholasticus Salmantinus nullum supra se Superiorem habeat, nisi Pontificem, & Regem. *Mendo de Jur. Acad. lib. 1. ex n. 167. Escobar, & alij.* Etiam particulares Judices solent assignari a Principe ad Regium Atrium, & ejus bona administranda, qui olim *Questores, Procuratores Caesaris, Rationales, Susceptores, Exatores Tributorum, Arcarij*, & alij nominibus appellabantur, eorumque Superior *Comes Sacrarum largitionum* dicebatur: Sed hodie in Nostri Indijs Officiales Regij dicuntur: quorum nomine veniunt. 1. *Questor*, qui potest dici Numerator. Hispani: *Contador*, cui incumbit curam habere circa rationem, & calculationem bonorum, quae in Arcam Regiam intro-

ducuntur, & ex ea extrahuntur. 2. *Thesaurarius*, qui est custos Theauri Regij, & colligit, & expendit bona ad Regium Atrium pertinentia. 3. *Factor*, cui incumbit curam habere de tributis solutis in fructibus, vel mercibus, & de alijs rebus ad fiscum pertinentibus, ut in ejus beneficium vendantur. Alijque inferiores Ministri hoc Tribunal complent. Omnes Regij Officiales una individua obligatione ligantur, quae Hispani dicitur *mancomunidad*. Hi ergo habent jurisdictionem ordinariam, & privativam, quam quidem possunt exercere in omnibus, & necessariae sint ad rectam administrationem bonorum Regij Atrij. L. 2. ff. de Jurisd. ab ijs appellatur pro varietate causarum, aliquando ad Regias Cancellarias, aliquando ad Regium Tribunal Regij Atrij. Hispani: *Tribunal de la Real Hacienda*. De quorum Officialium munere, jurisdictione, & requisitis late agitur in lib. 9. R. C. per varios Titulos, & in toto lib. 8. R. Ind. *Solorz. Polit. Ind. lib. 6. cap. 15. & 16. D. Galpar de Escalona in Gazof. Reg. Per. lib. 1. p. 2. & alij.* Praeterea in Curia Regia Hispaniae, quae nunc Matrivi est, varij Senatus inveniuntur, tum pro negotijs belli, & navigationum, tum pro causis Regij Atrij, tum pro alijs controversijs tam civilibus, quam criminalibus, in quibus, quia supremi sunt, ultimo haec causa cognoscuntur, & terminantur. Alij deo Senatus, praedictis inferiores, sunt in Nostra Hispania, Vallisolei scilicet, & Granatae, quos Cancellarias Hispani: *Chancillerias* dicimus. Regemque representant, & suo nomine, & sigillo litteras, & Provisiones Regias expediunt. Et tota Hispania inter has duas Cancellarias divisa est, ita ut ad Granatensem Cancellariam pertineat quidquid ultra Tagum invenitur simul cum Baetica, Regno Granatenis, & Murciae, & Insulis fortunatis, seu Canarijs. Caetera omnia ad Vallisoletanam Cancellariam spectant. L. 2. tit. 5. lib. 2. R. C. Alij sunt praedictis, Cancellarijs inferiores Senatus, quos Audiencias nuncupamus, residentque in Brigantina Civitate. Hispani: *Coruña*, de qua in tit. 1. lib. 1. R. C. Hispani: de qua in tit. 2. lib. 3. R. C. in Insulis Canarijs, de qua in tit. 3. lib. 3. R. C. Alij sunt Casaraugustae, Majoricae, Barcinone, Valentiae, & Ovetri. Sed in Nostri Indijs omnes earum Senatus jam Cancellariae, jam Audienciae appellantur, sed verè Cancellariae sunt sicut Vallisoleana, & Granatenfis: imo, & in pluribus earum jurisdictione amplior est, quam praed-

dic-

dictorum Hispaniae Senatuum ob magnam a Rege distantiam, & ad ipsum, difficilem recursum. Hujusmodi ergo Cancellariae Indiarum sunt 1. quae residet in Civitate S. Dominici. In Insula Hispaniola, cujus districtus assignatur in l. 2. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *Tenga por distrito todas las Islas de Barlovento, y de la Costa de Tierra-Firme, y en ellas las Governaciones de Venezuela, Nueva Andalucia, el Rio de la Hacha, que es de la Governacion de Santa Marta: y de la Guayana, & Provincia del Dorado, lo que por aora le tocara, y no mas, partiendo terminos por el Mediodia con las quatro Audiencias del Nuevo Reyno de Granada, Tierra-Firme, Guatemala, y Nueva España, segun las Costas que corren de la Mar del Norte. Por el Poniente con las Provincias de la Florida, y por lo demás con la Mar del Norte.* 2. Mexici residet, cujus districtus habetur in l. 3. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *La qual tenga por distrito las Provincias que propriamente se llaman de la Nueva España, con las de Yucatán, Cozumel, y Tabasco: y por la Costa de la Mar del Norte, y Seno Mexicano, hasta el Cabo de la Florida; y por la Mar del Sur, desde donde acaban los terminos de la Audiencia de Guatemala, hasta donde comienzan los de la Galicia, segun les están señalados por las leyes de este titulo; y partiendolos con ellas por el Levante, y Poniente: con el Mar del Norte, y Provincia de la Florida por el Septentrion: y con el Mar del Sur por el Mediodia.* 3. In Panamaensi residet Civitate, cujus districtus assignatur in l. 4. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *Tenga por distrito la Provincia de Castilla del Oro, hasta Portobelo, y su tierra, la Ciudad de Nata, y su tierra: la Governacion de Veragua: y por el Mar del Sur, azia el Perú, hasta el Puerto de la Buena Ventura exclusivo: y desde Portobelo, azia Cartagena, hasta el Rio del Darien exclusivo, con el Golfo de Urabá, y Tierra-Firme, partiendo terminos por el Levante, y Mediodia, con las Audiencias del Nuevo Reyno de Granada, y San Francisco del Quito. Por el Poniente con la de Santiago de Guatemala; y por el Septentrion, y Mediodia con los dos Mares del Norte, y Sur.* 4. Residet Lima: in Regno Peruviano, & ejus districtus habetur in l. 5. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *Tenga por distrito la Costa que ay desde la dicha Ciudad de Lima, hasta el Reyno de Chile exclusivo, y hasta el Puerto de Payta inclusivo: y por la tierra adentro a San Miguel de Piura, Casamarea, Chachapoyas, Moyobamba, y los Motilones inclusivo, y hasta el Collao exclusivo por los terminos que se señalan a la Real*

Tom. I.

*Audiencia de la Plata, y a la Ciudad del Cuzco con los suyos inclusivo, partiendo terminos por el Septentrion con la Real Audiencia de Quito: por el Mediodia con la de la Plata: por el Poniente con la Mar del Sur, y por el Levante con Provincias no descubiertas, segun les están señalados, y con la declaracion que se contiene en la l. 14. de este Titulo. Ubi territorium Urbis del Cuzco dividitur inter Lima, & Argentinae Audiencias.* 5. Residet in Civitate Sancti Jacobi Guatemalensis, cujus districtus habetur in l. 6. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *Tenga por distrito la dicha Provincia de Guatemala, y las de Nicaragua, Chiapa, Higueras, Cabo de Honduras, la Vera Paz, y Soconusco, con las Islas de la Costa, partiendo terminos por el Levante con la Audiencia de Tierra-Firme, por el Poniente con la de la Nueva Galicia, y con ella, y la Mar del Norte por el Septentrion, y por el Mediodia con la del Sur.* 6. Guadalaxare residet, cujus districtus declaratur in l. 7. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *Tenga por distrito la Provincia de la Nueva Galicia, las de Culiacán, Copala, Colima, y Zacatula, y los Pueblos de AVALOS, partiendo terminos por el Levante con la Audiencia de la Nueva España, y por el Mediodia con la Mar del Sur, y por el Poniente, y Septentrion con Provincias no descubiertas, ni pacificas.* 7. Residet in Civitate Sanctae fidei Novi Regni Granatenfis, cujus districtus assignatur in l. 8. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *Tenga por distrito las Provincias del Nuevo Reyno, y las de Santa Marta, Rio de San Juan, y la de Popayan, excepto los lugares que de ella están señalados a la Real Audiencia de Quito y de la Guayana, & Dorado, tenga lo que no fuere de la Audiencia de la Española, y toda la Provincia de Cartagena, partiendo terminos: por el Mediodia con la dicha Audiencia de Quito, y tierras no descubiertas: por el Poniente, y por el Septentrion con el Mar del Norte, y Provincias que pertenecen a la Real Audiencia de la Española, y por el Poniente con la de Tierra-Firme.* 8. In Civitate Argentinae residet, cujus districtus assignatur in l. 9. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *La qual tenga por distrito la Provincia de los Charcas, y todo el Collao desde el Pueblo de Ayabini: por el camino de Hurcosuyo desde el Pueblo de Afllo por el camino de Huonafuyo desde Atuncana por el camino de Arequipa azia la parte de los Charcas, inclusivo con las Provincias de Sangabana, Carabaya, Juries, y Disguitas, Moyos, y Chumbos, y Santa Cruz de la Sierra, partiendo terminos: por el Septentrion con la Real Audiencia de Lima, y Provincias no descubiertas: por el*

T 2

Me-



Mediodia con la Real Audiencia de Chile: y por el Levante, y Poniente con los dos Mares del Norte, y del Sur, y linea de la demarcacion entre las Coronas de los Reynos de Castilla, y de Portugal por la parte de la Provincia de Santa Cruz del Brasil. Vid. L. 13. infra. 9. residet in Civitate S. Francisci Quitensis, cujus districtus habetur in L. 10. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *Tenga por distrito la Provincia de el Quito, y por la Costa azia la parte de la Ciudad de los Reyes, hasta el Puerto de la Payta exclusivè; y por la tierra adentro hasta Piura, Caxamarca, Chachapoyas, Moybamba, y Motilonex exclusivè, incluyendo azia la parte sudoccidental los Pueblos de Jaen, Valladolid, Loxa, Zamora, Cuenca, la Zarza, y Guayaquil, con todos los demás Pueblos, que estovieren en sus Comarcas, y se poblaren: y azia la parte de los Pueblos de la Canela, y los Quixos tenga los dichos Pueblos, con los demás que se descubrieren: y por la Costa azia Panamá, hasta el Puerto de la Buena Ventura inclusivè, y la tierra adentro à Paslo, Popayan, Cali, Buga, Cbapanchica, y Guarabicon: porque los demás Lugares de la Governacion de Popayan son de la Audiencia del Nuevo Reyno de Granada, con la qual, y con la Tierra-Firme, parte terminos por el Septentrion: y con la de los Reyes por el Mediodia, teniendo al Poniente la Mar del Sur, y al Levante Provincias aun no pacificas, ni descubiertas.* 10. residet in hac Civitate Manila in his Insulis: cujus districtus assignatur in L. 11. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *Tenga por distrito la dicha Isla de Luzon, y todas las demás de las Filipinas, Archipelago de la China, y la Tierra-Firme de ella descubierta, y por descubrir.* 11. residet in Civitate Sancti Jacobi Chilensis, cujus districtus habetur in L. 12. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *Tenga por distrito todo el dicho Reyno de Chile, con las Ciudades, Villas, Lugares, y Tierras, que se incluyen en el Gobierno de aquellas Provincias, asi lo que aora está pacifico, y poblado, como lo que se reduxere, poblar, y pacificar dentro, y fuera del Estrecho de Magallanes, y la tierra adentro, hasta la Provincia de Cuyo inclusivè.* 12. residet in Civitate Bonaerensi, Hispanè: Buenos Ayres, cujus districtus assignatur in L. 13. tit. 15. lib. 2. R. Ind. ibi: *Tenga por distrito todas las Ciudades, Villas, y Lugares, y tierra, que se comprehenden en las Provincias del Rio de la Plata, Paraguay, y Tucuman, no embargante, que hasta aoraayan estado debaxo del distrito, y jurisdiccion de la de los Cbarcas, por quanto las desegregamos, y separamos de ella*

para este efecto. Hi sunt Regij Indiarum Senatus, de quorum autoritate, & jurisdictione, & de modo, quo Praesides, & Senatores, Hispanè: Oidores, debeant ferre suffragium, in alijsque se gerere: & de alijs dubijs, & quaestionibus circa praedicta, late agitur in Tit. 15. lib. 2. R. Ind. Solorz. de Jur. Ind. t. 2. lib. 4. cap. 3. que denique omnia in Supremo Indiarum Senatu à Rege Hispaniae terminantur. Matriti, ubi ipse sedens niveo candentis limine Phœbi-Dona recognoscit Populorum, aptaque superbis-Posibus, incedunt vieta longo ordine Gentes-Quam varia linguis, habitu tam vestis, & armis.

340 Jurisdicção ordinaria finitur. 1. morte ejus, cui data est: nam mors omnia solvit. 2. legitima resignatione officij, seu depositione, seu translatione ab officio, cui est adjuncta. 3. lapsu temporis, ad quod est concessa jurisdictione. Non tamen extinguitur per mortem Principis, à quo est concessa, etsi res adhuc integra sit, nec Judex uti coeperit jurisdictione. L. 6. ff. de Jurisd. C. 2. de Offic. Legat. in 6. quia semel ac Jurisdicção acceptetur, tanquam Principis gratia illi persona adhaeret, cui est concessa, etiam si concessa fuisset ad Principis beneplacitum, à favore publico exigente. Sanch. de Matr. lib. 8. D. 28. ex n. 4. Jurisdicção vero Vicarij Episcopi, cum principaliter à jurisdictione Episcopi dependeat, illo mortuo, etsi ordinaria sit, omnino extinguitur, etiam quoad incepta negotia.

## TIT. XXXII.

## De Officio Judicis.

341 JUDEX dicitur quasi jus dicens Populo, sive ex eo quod jure disceptet: jure autem disceptare est iuste judicare. C. 10. de Verb. signif. Et cum judicare sit munus publicum, hinc est, quod Judex debet habere potestatem publicam, scilicet, jurisdictionem ad cognoscendas, & decidendas causas, & controversias: & quidem ad bonum subditorum ordinatam: & ad hoc reducitur officium Judicis, de quo in praesenti: Nam hoc nil aliud est, quam quoddam munus publicum cognoscendi, & decidendi res in Judicio controversas. Et hoc duplex communiter distinguitur: aliud enim nobile, aliud mercenarium dicitur. Officium Judicis nobile est, quod nulli alicui servit, nec illi est alligatum, sed alicui de im-

penditur à Judice, tanquam ex proprio munere, vel motu proprio ob publicam utilitatem, vel quando pars carens actione implorat, & excitat officium Judicis. Sic Leges fert, delicta inquirunt, facinorosos punit, ex proprio officio, vel munere ob bonum commune, & publicum, etiam nulla parte petente. C. 24. de accusat. furiosis, pupillis, & miserabilibus personis dat Curatores, Tutores, Advocatos. C. 1. h. t. L. 6. tit. 6. p. 3. sequestrat bona, de quibus litigatur, relictuit famam, & natalibus, & minorem in integrum restituit, & latum infra dimidium iusti praetij: absolvi à censuris, & alia hujusmodi facit. Officium Judicis mercenarium est illud, quod tanquam mercenarium actionis Civilis in Judicio à parte proposita, illi deservit juxta mensuram, & exigentiam ipsius actionis: ita ut si partes essent, vel transactionem faciant, cessat etiam Judex, nec se potest amplius in negotium intrinsemittere. Hoc ergo officio utitur, quando praecipit, vel prohibet, interloquitur, vel definit, vel pronuntiat, tam super re controversa, quam super sumptibus litis, fructibus, & damnis. Sed lite per sententiam terminata expirat ejus officium mercenarium, censeturque sanctus hoc officio suo, nec de expensis postea valet pronuntiare. L. 55. ff. de Re judic. L. 3. C. de Fructib. & lit. expens. Et quando ad executionem progreditur, jam officio nobili utitur. Piehard. in princ. Inst. h. t. Si officium Judicis nobile non imploretur contra aliquem, v. gr. si quis petat ab excommunicatione absolvi, vel si imploretur contra personam incertam, v. g. contra furem ignotum, non est necessaria, nec potest fieri litis contestatio: si vero imploretur contra personam determinatam, ita ut requiratur plena causa cognitio: v. g. quod quis in integrum restituitur, cum tunc loco actionis succedat tale officium consequens est, ut requiratur contestatio. Si vero tantum incidenter imploretur, ut admittatur exceptio, vel ante, vel post litis ingressum, non requiritur contestatio. C. fin. h. t.

342 Cum officium Judicis consistat in exercendo jurisdictionem, scire oportet, quod sit jurisdictione: Haec enim sic potest definiri: Est potestas alicujus habentis in aliquo auctoritatem, seu eminentiam ex publico munere ad eorum regimen, & gubernationem. Glos. in L. 1. ff. de Jurisd. Molin. de Jus. & jur. tr. 5. D. 2. n. 1. Et sic distinguitur jurisdictione à potestate privata, quam habet Pater in filium, Dominus in

servum, Maritus in uxorem, & Magister in discipulum: quae potestas non publica, sed privata est, & Aeronomica dicitur, Jurisdicção alia est Ecclesiastica, quae scilicet ad causas ad Dei cultum, & salutem animarum pertinentes, spectat. Alia est Politica, quae scilicet ad causas saeculares, & Republicae gubernationem spectat. Alia est tantum pro foro interno, alia pro externo. Et haec est duplex voluntaria, scilicet, & contentiosa: Voluntaria est, quae in volentes exercetur, & quidem etiam in alieno territorio valide, & plerumque etiam licite. Contentiosa etiam in invitos, & reluctantes exercetur, sed solum in proprio territorio Judicis: vel si in alieno ex consensu Judicis illius, & partium litigantium. Jurisdicção praecipue dividitur in jurisdictionem presse sumptam, seu simplicem, & imperium: Jurisdicção presse sumptam est, quae exercetur officio Judicis mercenario. Imperium est, quod exercetur officio Judicis nobili. Et sane, quando publicam utilitatem respicit, merum imperium appellatur: & dicitur merum: quia cum tantum utilitatem publicam respiciat, non participat de jurisdictione simplici. Si privatam respiciat utilitatem dicitur mixtum imperium, & vocatur mixtum, quia quatenus officio nobili exercetur participat de imperio: quatenus respicit privatam utilitatem participat de jurisdictione simplici, seu presse sumpta. Molin. de Jus. & jur. tr. 5. D. 5.

143 Imperium (ait Ulpian. in L. 3. ff. de Jurisd.) aut merum, aut mixtum est. Merum est imperium habere gladij potestatem, ad animadverendum facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. Mixtum est imperium, cui etiam jurisdictione inest, quod in danda bonorum possessione consistit. Imperium à Bartbol. Molin. & alijs in sex gradus dividitur. Ad primum ergo gradum meri imperij spectat Leges condere, & abrogare, bellum indicere, Comitibus Generalia, Hispanè: Cortes, vel Concilia Generalia (respectu Principis Ecclesiastici) congregare, exigere vectigalia, tributa imponere, cognoscere causas appellacione remota, monetam cudere, & alia hujusmodi, quae Regalia appellantur. Hic gradus dicitur maximus, vel summus, & temper censetur exceptus in concessione, nisi exprimat, quae specialissima nota est dignus. C. 81. de Reg. jur. in 6. Molin. de Jus. & jur. tr. 5. D. 6. n. 1. Alij gradus spectant ad justitiam vindicativam, & causas criminales, ut poenitentiam puniendi in vita naturali, & civili per